

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio III.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

gnatur ab Adversariis; sed Sumunt illud sub conceptu formali ul-
tima actualitatis completa et per se Subsistentis in genere intel-
lectuali; quamvis, ut non obscure indicavimus, haec distinctio gra-
tis conficta videatur.

3^o Qui stant pro Infinitate, eam non Sumunt in sensu formali
aut materiali, quo tamen ab Adversariis à ratione formali
divina essentia subditur: sed Sumunt eam in sensu radicali;
quo sensu eam ab Aseitate distinguere non videri aperiimus.

Exercitatio III.

42.

De Distinctione, qua inter essentiam divinam,
ejus attributa, ac Relationes intercedit.

ad ~~capitulum~~ partem I. Tractatus de Deo Uno et Trino n. 25. et c. 3. p. 2.
Capitulum II. n. 392. Tom. 2.

Variis circa hanc materiam emersere errores. 1^o enim refert
Augustinus Niphus in Metaph. disp. 13. refert Qualterum quem-
dam distinctionem realem inter essentiam divinam ac ejus attri-
buta admisisse; neque propterea quidquam divina simplicitati
derogatum in arbitrabatur; ratus ad veram compositionem re-
quiri, ut unum extremum se habeat per modum actus, et al-
terum per modum potentiae.

868 p 32

2^o Gilbertus Borretanus Episcopus Britanniensis, vir in dia- 43.
lectiis versatissimus, cum in publico quodam Ecclesia sua con-
silio dixisset, Divinitatem non esse Deum sed formam, qua
Deus est; necnon in quibusdam ad Boetium de Trinitate
commentariis scripsisset, divinam essentiam esse substanti-
am, qua Deus est, non quo Deus est; atque multa alia pre-
ter communem hominum morem protulisset, ut ait Otto
Frisingensis lib. 1. de gestis Frederici I. Imperatoris c. 48. à Jus-
tus Ecclesia Britanniensis Archidiaconus Arnaldus et Calone,
quibus se adjunxit S. Bernardus, ad Romanum Pontificem
Eugenium III. in Gallias tunc temporis, hoc est, circa medium
saeculi XII. iter dirigentem delatus est, et erroris postulatus.

Causa ejus primo in Concilio Barisiensi an. 1147. presidente
ipsum Summo Pontifice Eugenio III. agitata est; ubi au-
dacter asseruit Gilbertus: Patrem alio esse Patrem alio Deum,
nec tamen esse hoc et hoc. Verum cum haec et plura alia ma-
gnâ subtilitate proferebat, rei difficultate ac obscuritate per-
motus Summus Pontifex, a quo bonique consuluit causa hu-
jus ventilationem ad Concilium Rhemis anno sequenti ce-
lebrandum remittere. Anno itaque 1148. Rhemis decem
provinciarum Episcoporum preside eodem Summo Pontifice
Eugenio III. cogitur Concilium. Ibi causam suam orsus Gilber-
tus, opinionem suam, adductis in medium quamplurimis
SS. Patrum testimoniis corroborare nitentur et allaborabat.
Cui Summus Pontifex: Multa dicis, frater, multa, et ea,
qua fortassis à nobis non intelliguntur legi factis: sed simpli-
ter à te cognoscere velim, anne illam summam essenti-

am, quæ tres personas profiteris unum Deum, credas esse Deum.
Gilbertus diutinâ colatione fatigatus, ait Otto Frisingensis c. 56.
minus præmeditatè respondit: non.

Haud minori ardore ac studio eum coartabat S. Bernardus, pro-
ut refert Gaufridus Monachus Epistolâ ad Episcopum Albanensem.
Quid necesse est, inquit, citâ huiusmodi verba diutius immo-
rari? Non aliunde procedit Scandali huius origo, nisi quod plures ve-
dere vos credunt et docere, quod divina essentia vel natura, divi-
nitas ejus, Sapientia, bonitas, magnitudo, non est Deus, sed est for-
ma, quæ Deus est. Hoc si creditis palam dicite aut negate. Tum
Gilbertus dicere ausus est: forma Dei est divinitas, quæ Deus est,
at ipsa non est Deus. Hæc audita ejus mentis sententiâ S.
Bernardus unâ cum nonnullis Episcopis Symbolum Fidei Gil-
berti erroribus oppositum adomavit et conficit, quod post-
modum ab eodem Summo Pontifice Eugenio de communis
cæterorum Concilii Patrum consensu approbatum fuit.

En his videtur constare Gilbertum distinxisse à parte rei
essentiam divinam tum ab attributis, tum à personis, tum
attributa à se invicem, cum enim negaverit divinitatem
sui naturam divinam esse Deum, procul dubio etiam nega-
vit misericordiam Dei e. g. esse ejus justitiam, p. cò quod hæc
magis inter se distent, quam illa.

Et quamquam Otto Frisingensis, in Gilbertum plus æquò pro-
pensus, errores ejus emollire conatus fuerit, moti tamen pro-
ximus cavet, teste Raderico, ut, si quid pro sententiâ Ma-
gistri Gilberti dixisse visus esset, quod quemquam posset offen-
dere, p. huius S. Bernardum intelligit, cui subiniquus fuit: ad priorum
et doctorum arbitrium conigeretur.

Itaque S. Bernardus
hæc majorem fidem meretur, quam Otto; præsertim cum ille
in Concilio Rhemensi contra Gilbertum segerit, iste vero ei-
dem non adfuerit. Recedant igitur à nobis charissimi! Sunt
verba S. Bernardi serm. 80. in Cant. recedant Novelli, non dialec-
tici, sed Hæretici, qui magnitudinem, quæ magnus est Deus, et
item bonitatem, quæ bonus est; sed et Sapientiam, quæ sapiens;
et justitiam, quæ justus; postremo divinitatem, quæ Deus est;
Deum non esse impiissime disputant.

44. 3^o Gregorius Calamas prius Monachus apud Græcos, ac
postea Thebalonicensis Episcopus, Andronicò juniore imperan-
te, aperuit operationes Dei tum ad intra, tum ad extra,
scilicet tum eas, quibus Filius et Spiritus Sanctus à Patre produ-
cuntur, quibus eadem persone aut se ipsas amant, aut se
ipsas intelligunt; tum eas, quibus Deus olim creaturas edu-
xit de nihilo, et nunc conservat, ab essentia Dei realiter esse
distinctas contendit, nec tamen eas aliquid creatum esse,
sed medium quid inter Deum et creaturam, quod ipsis crea-
turis in earum productione communicetur.

Hujus Calamæ cæterorumque Monachorum errores ample-
xa est Eulæria Græca in Synodò Constantinopolitana,

quam Graeci^{nam} Oecumenicam appellavit; ubi et anathema dictum Barlaamo Monacho, et Ruindino eius discipulo, quod contrarium tuerentur. Vid. Nicephorum Gregoram tom. 3. Bibliot. Patrum.

40. Abbas Joachim, cujus libellus proscriptus fuit in Concilio Lateranensi IV. an. 1215. sub Innocentio Papa III. inter essentiam divinam et personalitates realem quoque distinctio nem adstruiffe videtur: cum enim Patres Lombardus do- uisset, summam quamdam rem esse Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, quae neque est generans, neque genita, neque procedens; ab eo habitus et insams audit. Ergo ex illius mente sequitur manifestè, quod Pater, Filius, et Spiritus S. non sint res illa summa, ac proinde ab invicem realiter distinguantur.

50. Huius errori è diametrò opposita fuit Paulo V. opinio Aëtii et Eunomii, qui nullam omnino, nequidem virtuales et rationis distinctionem inter essentiam divinam et illius proprietates sive absolutas sive relativas admitti debere docuerunt. Cum vero ugerentur S. Scripturae testimoniis, quae passim tum essentiam divinam, tum attributa diversis nominibus expriment: respondebant sibi tantum seu nominis differentiam in Scriptura testimoniis inveni, ita ut misericordia non differret à justitia nisi nomine tantum.

Idea autem Aëtii, Eunomii, aliisque Ariani inter essentiam et attributa mentalem distinctionem admittere remeuerunt, ut nempe totam differentiam, quam inter naturam et attributa, non personalitates Scripturae S. assignant, in naturam ipsam, non verò in nostrum intelligendi modum refererent, concluderentque diversitatem non personarum tantum sed etiam naturarum inter Patrem, Filium et Spiritum Sanctum.

Hactenus de erroribus circa attributa divina tum relatè ad se, tum ad essentiam. Jam modo propius ad opiniones, quae in Scholis huius nostrae aetate magis ventilari solent accedendum. Sunt autem triplicis generis. 1^a est Nominalium, quorum principes facile dici possunt Ocham, Major, Gabriel, p. 2^a est Scoti et Distictarum. 3^a denique S. Thome et Thomistarum. Praecipue autem huiusmodi Scotisticam sententiam versabimur; atque indagabimus, an distinctio formalis ex natura rei inter essentiam divinam, attributa, ac relationes admitti debeat? Incidenter tamen, quaedam de aliis distinctionibus resolventur.

S. I.

Quaedam pro pleniori huius difficultatis resolutione praemittuntur.

Not. 1^o contra Eunomium aliosque Arianos velut indubitatum, inter essentiam divinam et attributa aliquam dis-

47. *Handwritten signature and notes*

tionem esse admitterendam. Ratio est, quia praedicata
contradictoria de una eademque omnino re nequaquam verifica-
ri possunt. Atqui de essentia divina, attributis, et relationi-
bus, p. verificantur praedicata contradictoria, ut postea dicitur.
Ergo necesse est, ut inter ea interveniat quaedam distinctio.

48. Not. 2^o contra Gilbertum Porretanum, Gregorium Palamas,
Iosachim Abbatem, p. essentiam Dei tum ab attributis, tum
a personis, tum attributa a se invicem realiter non distin-
gui; nam id constat tum ex Concilio Rhemensi supra laudato,
ubi hic error proscriptus est; tum etiam quia inde evinceretur
Deum non esse ens simplicissimum, sed compositum, quod sic-
tenditur: Compositio est distinctio unio. Atqui in Deo esset
distinctio unio, essentiae nimirum, attributorum, et persona-
rum, quae licet iuxta Gilbertum inter se se distinguerentur, ad
invicem tamen essent intime conjuncta. Ergo p. tum deni-
que quia Deus est per essentiam actus purus. Ergo necessario de-
bet sibi identificare omnem perfectionem simpliciter simpli-
cam, alioquin esset in potentia ad aliquam. Praeterea in
Sacris litteris perfectiones divinae non tantum in concreto, sed
etiam in abstracto de Deo praedicantur, ut charitas, sapien-
tia, veritas, p. Ergo p.

49. Not. 3^o Scotistas in hoc differre a Gilberto, quod velint dis-
tinctionem illam, quam essentiam inter et attributa, p. ad-
sternunt, non esse realem, sed formalem tantum; quia licet
non inter res, sed inter formalitates duntaxat reperitur, sunt
autem haec formalitates, iuxta ipsos, saltem in divinis, actuales
seu potius actualissima a parte rei ultra mentis operam ali-
quiditates, seu talitates quidditatis divinae per identita-
tem realem in secundo dicendi modo. Dicuntur 1^o ac-
tuales seu actualissima a parte rei ultra mentis operam; quia
vere dantur a parte rei ante mentis operam in ipso Deo; uti
sunt sapientia, bonitas, intellectus, voluntas, p. Dic-
untur 2^o aliquiditates, seu talitates quidditatis divinae;
quia formaliter nec sunt ipsa essentia divina, nec etiam sunt
res; quia sola essentia divina est res, sumendo rem strictissime
iuxta sequens Not. nec etiam sunt accidentia, cum talia in
Deo implicent. Ergo relinquitur quod sunt aliquiditates, seu ta-
litates, per quas ipsa essentia divina est formaliter talis.

Dicuntur 3^o per realem identitatem; quia tales formalita-
tes, cum non sint res, ab essentia divina realiter distingui ne-
queunt, adeoque cum illa sunt una eademque res, licet sint
illius multa formalitates, ac talitates. Dicuntur 4^o
In secundo dicendi modo; quia non sunt praedicata quiddita-
tiva.

50. Not. 4^o In principiis Scotistarum rem tripliciter sumi posse,
late nimirum, stricte, et strictissime. Late sumitur res pro
eo, quod opponitur enti ficto et nihilo; stricte denotat quid-
ditatem seu essentiam praecise ut hic; strictissime vero res
sumitur pro quidditate singulari, in qua sensu Petrus est res,

*Digna Joch. f. h.
1808*

21

3. 6. p 35

Paulus est res; quia dicunt et habent quidditatem singularem.
 Hic autem nomine rei intelligunt Scotista essentiam et quidditatem singularem actualissimam à se, cui per se et primo competit ipsa existentia, qualis est essentia divina, seu cui competit capacitas existendi per propriam existentiam, taliter, quod possit terminare sui veram efficientiam et physicam causalitatem, sive separatim possit existere sive non.

Ceterum aliter loqui videntur SS: Anselmus, et Thomas. Ita enim lib. de fid. Trin. et Invar. Verbi c. 3. sic ait: Solemus enim esse dicere Rem, quid quod aliquo modo dicimus aliquid, scilicet ante mentis operam. S. Thomas vero i. p. q. 39. a. 3. ad 3. sic loquitur: Dicentium, quod hoc nomen Res est de transcendentibus: unde secundum quod pertinet ad relationem, pluraliter predicatur in divinis; secundum vero quod pertinet ad substantiam singulariter predicatur. Hosque binos SS: Doctores communiter sequuntur Theologi; iuxta quos quidquid habet esse ratum ac firmum independenter ab intellectu veri ac proprie Res est, quemadmodum propria est unum, verum, et bonum; quae sunt de transcendentibus Entis.

Not. denique s. Aliud esse actu dari distinctionem, aliud si dari actualem distinctionem. Siquidem qui in divinis distinctionem virtualem, aut similis, fundamentalem adstruunt, afferunt eam actu dari, seu actu existere fundamentum, quod intellectui ansam praebet coniungendi attributa ut distincta à se invicem. Dari vero distinctionem actualem est dari distinctionem inter duo extrema, quorum unum ante mentis operam non est alterum: prius volunt Thomista, secundum vero Scotista.

§. II.

52.

Proponuntur et solvantur argumenta, quibus evinci videtur, inter essentiam divinam ac eius attributa dari distinctionem ex natura rei formalem.

Argumentum, cum desumitur ex auctoritate SS: Patrum tam Graecorum quam Latinorum. S. Justinus Martyr in q. cont. Graecos, ad interrogationem tertiam Christianorum haec ait: Aliud est essentia Dei, aliud voluntas. Et rursus: Voluntas ex essentia prodit, essentia autem non ex voluntate: ergo alia essentia Dei, et alia voluntas est.

S. Dionysius Areopagita, seu auctor lib. de divin. nom. ib. c. 2. ait: Nos res divinas sermone conjungere, distinguereque satagimus, prout ipsae nimirum in se vel sunt unitae, vel sunt distinctae.

S. Cyrillus Alexandrinus lib. de Trinit. Dialog. i. haec ait: Gilius non est in alia essentia, quam ad, qua est ut Dei; est tamen in alia hypostasi, qua est ut filii. Et non ad Hermia interrogationem: Quid, ergo? aliudne est essentia, et alia hypostasi? respondet: Multum enim est inter illa discriminis ac intervalli. Item lib. 2. thesaur. enumeratis divinis attributis, ait: Haec omnia non substantiam, sed aliquid eorum, quae in substantia inspicuntur, significant.

S. Athanasius lib. 1. de Trin. contra Anomoeum sic loquitur: Aliud est hypostasis, et aliud Deitas, non ut alia et alia res; sed quod hypostasis quidem aliud, aliud vero Deitas significat.

468, p. 36
S. Basilii Magni lib. 1. cont. Eunomium haec ait: Quomodo enim ridiculum non est, si quis procreandivim ipsam esse dicat divinam essentiam? aut providentiam rursus essentiam? itidemque providentiam? Et lib. de vera fide ait: Si quis dicat, Deus non exprimit hoc ipsum, quod est Pater, deest hoc, quod est Creator; tunc illis deesse, adhibere oportere, bonitatem, sapientiam, virtutem, quae in S. Scriptura memorantur. Haec autem additio non est tantum conceptuum nostrorum, sed rationum formalium ante omnem operationem intellectus. Ergo p.

S. Gregorius Nisenus Tract. de notione. Divin. ante finem sic dicit: Non idem sunt Substantia et individuum, quod est hypostasis; neque eadem, quae designant et notant. Ergo paternitas et filiatio non sunt idem quod essentia. Et rursus lib. 12. cont. Eunom.

ait: Ergo essentia quidem in eo, quod est aliquid, intelligitur, bonum autem vel corruptibile, qualequid esse, indicat. alia igitur essentia ratio, et alia quae quomodo, vel quale per se declarat. Item opus. de Trin. ad Eustathium ait: Cum aliquis, et uniuscuiusque horum nominum, et ipsius natura, circa quam ea nomina intabuntur, rationem reddit et definitionem; non eandem reddit utrorumque rationem; quorum autem ratio, definitioque diversa, eorum quoque natura differens est.

S. Gregorius Nazianzenus in Oratione coram centum quinquaginta Episcopis habita apertis verbis aperit rationem principii à natura distinguere; sic enim ait: Non enim principium in eo, quod principium est, natura rationem habet; quemadmodum nec in illo, quod principii expes sit: circa naturam enim haec considerantur, non ipsa natura sunt.

S. Hilarius lib. 8. de Trin. disertis verbis distinguit naturam à personarum proprietatibus, sic enim ait: In eo nunc in Spiritu Dei, utrum naturam, an rem natura significatam existimes? non idem est enim natura, quod natura res: sicut non idem est homo, et quod hominis est; nec idem est ignis, et quod ignis ipse est; et secundum hoc non idem est Deus, et quod Dei est.

S. Augustinus lib. 15. de Trin. c. 3. ait: Demonstratur, non omne quod de Deo dicitur, secundum Substantiam dici, sicut beatissimum Substantiam dicitur bonus et magnus, et si quid aliud à se dicitur; sed dici etiam relative, id est, ad aliquid, quod ipse non est. Item lib. 7. de Trin. c. 4. ait: Aliud est esse Deum, aliud esse Patrem. ubi non aliud importat diversitatem ex natura rei inter Deitatem et Paternitatem.

S. Joannes Damascenus lib. 1. de fid. orthod. c. 4. sic loquitur: Inter omnia nomina de Deo, propriissimum est, Deum est; quia esse dicit quoddam pelagus infinita Substantia; cetera autem sunt illa, quae circumstant naturam; si iustum, si bonum, si quid tale dixeris, non dicit naturam Dei, sed quae circa naturam.

S. Anselmus lib. de process. Spiritus S. c. 2. ait: Non idem significat nomen Patris et Filii, quod nomen Dei: non enim idem est Deum esse, quod Patrem esse aut Filium. Et in Prosologio c. 18. De Deo ait: Vitas, bonitas es, beatitudo es, aternitas es, et omnia verum bonum es. Multa sunt haec: non potest angustus mens intabescere totus uno simul intuitu videre, ut in omnibus simul delectetur. Nota, quod dicit Multa sunt haec.

Denique S. Thomas opusc. 9. q. 1. sic docet: Bonitas divina est divina sapientia ex hoc, quod est divina, non ex hoc, quod est bonitas; neque ex hoc quod est sapientia, est bonitas; hoc autem pertinet ad rationem bonitatis et sapientiae, scilicet bonitatis, in quantum bonitas est; et sapientiae, in quantum sapientia est. Not. haec verba: neque ex hoc, quod est sapientia est bonitas; quae sane denotant distinctionem ex natura rei, non realem, ergo formalem.

His SS. Patribus adiungi possunt Patres Concilii Toletani ~~et~~ XI. Qui in professione fidei asserunt, Solum Filium * Concilium Toletanum XI. celebratum est an. 675. assumpsisse humanitatem in eo, quod est proprium Filii, et non quod est commune Trinitati. Ergo est aliqua non identitas, seu distinctio formalis ex natura rei inter Verbum divinum et naturam divinam.

Similiter Concilium Oecumenicum Lateranense IV. sub Innocentio III. cui interfuere Patres quadringenti et duodecim. contra errorem Joachimi Abbatis sic definit: Inambit tri- unum divinorum personarum esse illam rem, scilicet Substantiam, essentiam, vel naturam divinam, quae sola est universorum principium. Et illa res, inquit, ininitium Substantia seu essentia divina: non est generans, neque genita, neque procedens: sed est Pater, qui generat; Filius, qui gignitur, et Spiritus Sanctus, qui procedit, ut distinctiones sint in personis, et unitas in natura. Jam quomodo id fieri poterit, si essentia divina ac relationes sint idem non solum realiter, sed etiam formaliter ex natura rei.

Resp. ad id, quod his testimoniis, si in stricto et rigido sensu sumantur, probari posse inter essentiam divinam et attributa non modo ex natura rei formalem, sed etiam realem distinctionem intercedere. Unde haec SS. Patrum testimonia benigne sunt interpretanda ex scopo SS. Patrum ac statu controversiae, quae tunc temporis adversus Haereticos agitabatur. Solent enim SS. Patres, ubi haereseos quamdam debellant, plerumque via non in aliud extremum deflectere, ut sic eam ad medium reducant; quia quod vitiose distortum est, nisi in alterum extremum inflectatur, nunquam revocabitur ad rectum. Ita contra Eunomium, qui omnem distinctionem, etiam rationis, a divinis removere satagebat, atque naturam divinam in sola ingeneratione collocabat, seu in solo ingento, iis subinde verbis utuntur, quibus videntur realem admittere inter attributa divina, p. distinctionem. At ubi gil-

S. G. 39

intur: de
s; huius
ad un
nam esse
p. p. p.
non ce
or; tunc
tute
tis non
rahim
am sic
t hypo
mitas et
out. Su
deligetur
ia ipse
at. Pa
neque
intab
uabit
dine
quasi
a natu
dum
tu illu
an-
a pe
in de
nes?
idem
dignus
i est.
omne
tam-
tine
ordiffe
am
um ca
intur
t, qui
ca an
libe
d qua

bestum oppugnant, cum loquendi modum adhibent, ut videantur omnem distinctionem, etiam rationis, à divinis excludere.

Igitur ibi omnes benignâ interpretatione exponendi sunt, ita, ut qui nullam distinctionem agnoscere videntur, realem duntaxat, aut saltem formalem excludant; qui vero realem exprimere videntur, de virtuali tantummodo sicut intelligendi.

Resp. 2^o. Quae hic opponuntur SS: Patrum testimonia, non de reali, aut ex natura rei formali, sed de virtuali duntaxat et rationis ratiocinata distinctione facile intelligi posse ac debere. Nam SS: Patres multis in locis docent essentiam divinam esse omnino idem cum omni eo, quod de Deo dicitur, sive sit quid absolutum sive relativum. Dubitat præterea, perfectiones divinas tantum per rationem, et secundum modum intellectus ab invicem distinguere, distinctione nimirum actuali. Veritas autem, Deum ejusque perfectiones habere omnino eandem simplicitatem et unitatem, cui tamen repugnare videtur omnis distinctio actualis ex natura rei. Igitur

6. Col. 38.

Resp. 3^o. Ad singula SS: Patrum adducta testimonia. Et quidem ad primum S. Justinum ex eo capite distinctionem essentia divina à voluntate divina posse, quis hæc ab illâ emanat; cum igitur hæc emanatio seu processio non sit realis, sed tantum virtualis, sequitur quod S. Justinus non realem, sed virtuales duntaxat inter essentiam divinam et voluntatem admisit distinctionem.

Ad 2^{um} S. Dionysius ibi loquitur tum de predicatis quidditatis, quæ à parte rei sunt unita; tum de proprietatibus personalibus, quæ à parte rei non solum formaliter, sed realiter sunt distincta. Verum hoc nihil contra adversarios Theologos, quibus distinctionem virtuales inter essentiam divinam et attributa adstruunt, p.

Ad 3^{um} S. Cyrillus 1^o loco non plus vult, quam quod inter essentiam et hypostasin in re sit discrimen virtuale, per rationem vero formale. 2^o loco autem mens illius est, quod attributa divina non ingrediuntur metaphysicam constitutionem essentia divina, sed eam, juxta nostrum intelligendi modum consequuntur, siquæ quodammodo adinstar proprietatum ex eadem virtualiter dimanantium concipiuntur.

Ad 4^{um} mens S. Athanasii fuit asserere, quod essentia divina et hypostasis sunt aliud et aliud virtualiter à parte rei, et formaliter per intellectum; nam qualibet earum suam sibi indicat rationem formalem virtualiter à parte rei diversam à ratione formali alterius.

Ad 5^{um} eadem est mens S. Basilii. Unde bene ait, quod hoc nomen Deus non exprimit hoc ipsum, quod est Pater, p. verisimiliter enim variis nominibus essentia Dei ejusque attributa exprimuntur, et res his nominibus significata diversa sunt, non quidem re, et entitate, sed virtute et æquivalentiâ.

Ad 6^{um} eodem modo respondendum est. Cum enim ibi S. Gregorius Nazianzenus adversus Eunomium disputaret,

quemadmodum et S. Basilus ipse frater, satis ipse ostendit
diffe, quod sit quaedam distinctio inter essentiam et hypostasi-
tam. Unde bene dicit, quod illa nomina aliud et aliud
denotent, quod verissimum est ex admissione distinctionis
virtualis.

Ad auctoritatem S. Gregorii Nazianzeni idem responden-
dum, quod prius responsum est ad Testimonia S. Basi-
lii et Gregorii Nysseni.

Ad testimonium S. Hilarii Resp. ex illo major distinctio
enim haud potest, quam virtualis. verum enim est, quod
natura et natura res, haec, quae natura attribuitur
non sint idem virtualiter, et sub iis conceptibus, quibus
a nobis intelliguntur.

Ad auctoritatem S. Augustini eadem datur responsio et
solutio, quam Scotista dare solent ad hunc eundem S. Do-
ctoris textum lib. De Trin. c. 2. ubi Non eo, inquit, Pater
quod Deus, nec eo Verbum quod magnus, quod sapiens. Ajunt
enim hic nosse S. Augustinum, quod sit alia identitas,
aut distinctio inter Paternitatem et Deitatem, quam sit in-
ter sapientiam et magnitudinem; sed quod major sit dis-
tinctio inter illa, quam inter haec, intra genus tamen distinc-
tionis ex natura rei formalis. Sic a pari dici potest, quod S.
Augustinus voluerit loqui ut. relationes magis distingui ab
essentia, quam perfectiones absolutas, semper tamen intra
genus distinctionis virtualis, quod verissimum est.

Neque ex S. Joannis Damasceni testimonio major distinc-
tio eni potest, quam virtualis: nam per haec verba pe-
lagus essentia vel substantia intelligi debet esse absolu-
tum; hoc autem esse ratione summae infinitatis identi-
ficat sibi cum simplicissima actualitate, quam
libet formalitatem et entitatem omnis perfectionis. Ex quo
consequitur, quod attributa Dei non ex natura rei formali-
ter, sed ex ratione et fundamento in re, et sub quadam re-
duplicatione circumstant divinam essentiam; unde sub
haec ratione si bonum, si justum, p. dixeris, non dicitur
naturam Dei.

Ad S. Anselmum Resp. quod solum intendit distinctio-
nem virtualem ~~ostendere~~ asserere, p. Unde cum dicit: Mul-
ta sunt haec, non debet intelligi, nisi de multiplicitate vir-
tuali, nequaquam vero de multiplicitate formali.

Ad S. Thomam Resp. illum esse Scotista manifeste con-
trarium; proinde mirum esse, quod eorum aliqui cum in
sua opinionis patrocinium adducant. Vid. i. p. q. 3. a. 3. item
in i. dist. 2. a. 1. ad 1. et alibi passim.

Ad illud, quod ex Concilio Toletano XI. adducitur Resp. Ex eo
nihil vincit. Si enim argumentum quicquam probaret, vin-

In trans/5

7. 62. 39/0

erat etiam distinctionem strictè realem, utpotè inter rem et rem, Verbum nempe Divinum et naturam Divinam. Dicendum itaque, quòd ad hoc, ut verificetur quòd unio natura humana cum Verbo facta fuerit in personà, non in naturà, sufficiat distinctio virtualis. De qua suo loco plura.

Tandem ad Concilium Lateranense IV. Dicendum est, quòd adducta verba illa verificentur adminiculo solius distinctionis virtualis, quæ essentiam inter ac relationem Divinam intercedit. Verùm de hac responsione plura inferius §. ultimo hujus Exercitationis.

53. Argumentum 2^o Dum dua definitione differunt, ex natura rei distinguè dabunt. Atqui natura Dei et attributa, ipsa que attributa inter se definitione differunt; natura enim definitur id, quò Deus est radix harum operationum, et attributorum origo: intellectus id, quò Deus intelligit, p. Ergo p.

Resp. Dist. maj. dua differunt definitione adæquata, et data de re prout est in se, ex natura rei distinguuntur, con. inadæquata, et data de re duntaxat prout à nobis apprehenditur, neg. maj. Itaque diverse definitiones, quas proferimus de natura Dei ac ejus attributis, sequuntur nostrum diversum concipiendi modum, non verò eorum esse à parte rei.

Inst. 1^o In hoc sequeretur attributa, p. à nobis vitiosè defini. Atqui p. Ergo p.

Resp. Dist. maj. sequeretur attributa, p. à nobis vitiosè defini per excessum, neg. per defectum, scilicet non explicando totum quod in eis est, trans. maj. p. At hoc nullum ponit inconveniens, eò quòd si v.g. essentia Divina adæquate defini deberet, tunc defini deberet et ad se et ad aliud; cum sit eminenter absoluta et relativa; sic etiam definitio unius attributi deberet ingredi definitionem alterius.

Inst. 2^o Illa definitio est adæquata, quæ adæquat suum definitum, et explicat totam illius rationem formalem atque definitis essentia, et attributorum, p. est talis.

Ergo p.

Resp. Dist. maj. una adæquat suum definitum, prout est in se, et à parte rei, con. prout à definiente concipitur, neg. maj. p.

Inst. 3^o Conceptus actu diversi supponunt in se objecta actu diversa. Atqui respectu essentia et attributorum dantur diversi conceptus. Ergo essentia et attributa illis conceptibus correspondentia erunt actu diversa. Min. patet. Prob. maj. Conceptus sunt imagines objectorum non ab similes oculis, qui nihil potest in objecto videre, quòd in eo non sit. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Conceptus actu diversi, si sint adæquati, supponunt in se objecta actu diversa, con. si sint inadæquati, neg. maj. p. p.

8. Col. p. 40

Argumentum 3^{ium} Sapientia Divina formaliter ex natura rei 54.
non est Iustitia; alias essent tantum Synonyma. Ergo p.

Resp. 1^o Si vox formaliter idem sit ac essentialiter, seu entitas, q. Dist. aut
quod sumatur pro essentia et quidditate, ut in k, neg. Si sumatur
pro essentia rei, ut habet diversis conceptibus cum fundamen-
to in re, conc. aut. quia verum est Sapientiam Dei distingui
ab eius Iustitia ratione cum fundamento in re.

Inst. 1^o Distinctio formalis debet esse in re; quia intellectus nos-
ter non parit illam veritatem, sed in re invenit. Ergo p.

Resp. Dist. aut. Distinctio formalis ex natura rei debet esse in
re, neg. Distinctio formalis, id est essentialis debet esse in re,
subdist. per modum actualis distinctionis, neg. per modum
fundamentalis distinctionis, conc. aut.

Inst. 2^o Ergo dabitur confusio attributorum. Resp. in ac-
tu purissimo ac simplicissimo non potest dari aliud et aliud,
adeoque nulla ibi confusio.

Inst. 3^o Una formalitas in Deo formaliter non minus distin-
guitur ab alia, quam cum consideratur secundum se, ut sibi-
cet abstracta a Deo et creaturis. Atqui tunc una distinguitur
ab altera ex natura rei formaliter; non enim Sapientia formali-
ter est Iustitia. Ergo p.

Resp. Quando ejusmodi formalitates considerantur ut abstrac-
ta, prescindunt etiam ab identitate et distinctione; sic enim
considerata sumuntur distantat secundum suam rationem for-
malem. Atqui non est de ratione formali v. g. Sapientia, ut
sit identificata vel distincta v. g. a Iustitia. Ergo p. Pra-
terea hoc argumentum nimium probat, sibi est quod praedicata
quidditativa in Deo distinguantur ex natura rei formaliter, quia
sumta secundum se etiam ab invicem diversificantur; quod
tamen non admittunt Scotista.

Inst. 4^o Si una formalitas divina a parte rei esset de conceptu
formali aliarum, v. g. essentia divina de conceptu formali attri-
butorum, essentialiter imbibetur in conceptu volitionis et
impulsus. Atqui hoc admitti nequit. Ergo, p. Prob. min. Quia
tunc actio spirativa, qua tenderet in terminum sub ratione for-
mali impulsus volitivi, attingeret ipsam essentiam ut rationem
formalem terminandi; ac proinde terminus actionis spirati-
vae in supposito producto non esset Spiritus sanctus distantat,
sed etiam Filius; utraque enim persona imbibitur identice
in conceptu essentia.

Resp. 1^o neg. suppositum, quod ista nomina, essentia, attribu-
ta p. sint a parte rei prout utis vocibus significantur; prout in
resp. ad arg. 7. hu. ostendatur.

Resp. 2^o ad 1^{um} neg. min. ad 2^{um} Dist. aut. Actio spirati-
va, qua tendit ad terminum sub ratione formali impulsus voliti-
vi attingeret essentiam divinam ut rationem formalem ter-
minandi, sub conceptu explicito ipsius essentia, neg. Sub conceptu

impulsus volitivo, con. ant. et neg. cons. Itaque eadem entitas divina, cum sit virtualiter multiplex: ut aequivaleret essentia divina, sic non terminat virtutem actionis spirative; sed solum ut aequivaleret impulsui volitivo; quod fit, ut si actionis spirativa non verbum, sed Spiritus sanctus producat.

55. *P. F. p. 41.* Argumentum 4^{um} Inter passionem demonstratam et medium, per quod demonstratur, debet intercedere distinctio ex natura rei, alioquin idem per idem probaretur. Atqui in Deo unum attributum demonstratur per aliud; sic Deus dicitur esse aeternus, quia immutabilis, p. Ergo, p.

Resp. Neg. maj. Nam in Metaphysica demonstrantur passiones Entis ex natura Entis, visibilitas ex rationalitate, et tamen inter ea non intercedit distinctio actualis à parte rei, sed tantum virtualis; imò potius distinctio actualis videtur obesse; quia quando unum demonstratur ex alio, debet inter ea intercedere connexio, quae quo major erit, tanto minor erit distinctio; cum igitur inter duo attributa maxima sit connexio, sic etiam minima inter ea erit distinctio, adeoque tantum virtualis.

Inst. Ergo attributa divina erunt tantum synonyma. Resp. Quod licet aliqua nomina rem eandem significant, si tamen illam significant sub diversis conceptibus, qui habeant fundamentum in re, ut attributa divina, sic non debent dici synonyma.

56. Argumentum 5^{um} Formalitas principii Verbi magis distinguitur à volitione divina quam intellectus; siquidem haec proprietas à parte rei est vera, Volitio est intellectus: haec autem falsa: Volitio est principium Verbi. Atqui intellectus et voluntas distinguuntur saltem virtualiter. Ergo voluntas et formalitas principii Verbi non tantum virtualiter, sed et formaliter ex natura rei distinguuntur.

Resp. Quod sunt omnes distinctiones formales ex natura rei non sunt aequales, ut fatentur ipsi Disticta, ita et distinctiones virtuales: unde intra latitudinem distinctionis virtualis magis distinguuntur voluntas, et ratio principii Verbi, quam voluntas et intellectus; quia principium Verbi vel est sola paternitas, vel saltem intellectus importans paternitatem; haecque magis distinguitur à voluntate, quam intellectus, cum hic sit quid absolutum.

Veri modo loquendum est, cum dicitur, quod bonitas et sapientia v.g. plus inter se differant, quam bonus et bonitas, sapiens et sapientia, p.

Inst. Dum concipitur sapientia divina v.g. vel huic conceptui respondet à parte rei diversa formalitas, vel eadem, quae respondet conceptui iustitia: non enim quia sic differant à parte rei: non enim quia una ac eadem foret omnium definitio.

Resp. Attributis divinis unam et eandem à parte rei respondere formalitatem objectivam et in esse reali; non vero eandem in esse virtuali ac intentionale; nam concipiuntur ea cum fundamento in re, et praecise et distincta, diversis concepti-

bus inadæquatis.

Argumentum 6^{tu}m. Deus intelligit suam essentiam ut veram, 57. et vult eam ut bonam. Ergo veritas et bonitas in Deo distinguuntur ante omnem actum intellectus. cons. patet; quia distinctio objectorum est prior distinctione actuum; sicut causa effectus, et distinctione enim objectorum procedit distinctio actuum.

Resp. neg. cons. Quia eadem essentia, ut æquivalat veritati, intelligitur à Deo; ut verò æquivalat bonitati, diligitur ab eo. Unde sufficit distinctio virtualis.

Inst. 1^o. Non est actualis distinctio actuum sine distinctione actuali objectorum. atqui diligere et intelligere sunt actus diversi. Ergo et objecta debent esse diversa.

Resp. neg. actus, quò Deus videt suam essentiam ut veram; et actus, quò vult eam ut bonam, terminantur ad rem existentem à parte rei. Vel igitur terminantur ad veritatem et bonitatem sub una ratione formali à parte rei, vel sub diversa: si primum, ergo actus volendi et intelligendi in Deo non distinguuntur ex parte objecti ex natura rei, quod est absurdum. Si 2^o tunc habetur intentum.

2. Col. 1092

Resp. ad innum. trans. maj. neg. min. Quia in Deo diligere et intelligere sunt unum et idem realiter, et tantum fundamentaliter diversificantur: esse enim et operari in divinis sunt unum et idem.

Neque dicatur: Ergo Deus etiam diligit peccata; quia ea intelligit. Nam. Resp. 1^o. Dist. intelligit in se ipsis, neg. in forma opposita, quã privant, cons. sed hoc, cum bona sit, à Deo diligitur.

Resp. 2^o. Si intelligere, et velle seu diligere consistunt diversa realiter objecta, tunc potest concedi, quòd non sint idem realiter adæquati; cum intelligere ex parte objecti latius pateat, quàm amare, illud enim se etiam ad peccata extendit, hoc verò tantum ad honesta et bona.

Ad. 2^{um} Resp. quòd huiusmodi actus terminantur ad veritatem et bonitatem sub diversis rationibus, non ex natura rei formaliter, sed tantum virtualiter talibus, in quantum nempe essentia divina æquivalat conceptui veritatis; sic Deus in eam fertur actu intellectus: in quantum verò æquivalat conceptui bonitatis, tunc in eam fertur actu voluntatis. In quo manifestum fit non esse absurdum dicere, quòd actus volendi et intelligendi in Deo non nisi fundamentaliter distinguantur, si pro objecto habeant aliquid Deo intrinsecum.

Inst. 2^o. Intellectus divinus intrinsecus bonitatem et veritatem in Deo, vel ergo ut distincta objecta formalia, vel ut unum omnino distinctum ex natura rei. Si secundum; ergo Deus non intrinsecus se sapientem sapientia et non bonitate. Si primum; ergo sunt distincta ex natura rei.

Resp. Intellectum divinum intrinsecus distincte sua attributa, non tamen distincta actuali distinctione, sed tantum virtuali respectu intellectus creati; aliud quippe est distincte cognoscere aliquòd, et aliud illud cognoscere ut distinctum. Deus quippe cognoscit distincte sua predicata quidditative, ut modum, ratio entis, ratio substantia, spiritus, virtus, intellectualis, &c. et tamen non cognoscit ut distincta, prout ipsimet Scotista fatentur.

58. Argumentum 7^{mum} Ea distinguuntur formaliter ex natura rei, de quibus vere predicantur ante operationem intellectus duo contradictoria. Atqui de essentia divina et illius attributis tum absolutis tum relativis vere predicantur contradictoria. Ergo. Prob. min. Essentia ante operationem intellectus communicatur Verbo, non communicatur paternitas; Intellectus generat Verbum, non generat voluntas. Ergo de eis vere predicantur duo contradictoria.

Resp. ad 1^o Quod hoc argumentum nimium probet; adeoque nihil. Probat enim non tantum formalem, sed etiam realem distinctionem: 1^o quia etiam eodem argumento unus est Gilbertus Comenanus ad probandam distinctionem realem inter essentiam ac personalitates divinas. 2^o quia iuxta ipsos Scotistas distinctio debet esse proportionata contradictioni. Atqui contradictio, que datur in divinis inter essentiam ac paternitatem, aut alias relationes divinas, est realis simpliciter talis seu entitativa. Ergo talis etiam esse debet distinctio. Prob. min. Quia filiatio in divinis vere realiter ac entitativè generatur; essentia hoc modo non generatur; essentia divina realiter ac entitativè communicatur; hoc modo non communicatur paternitas; essentia realiter strictè non distinguitur à Filio; è contra Pater realiter strictè distinguitur à Filio, p. Atqui hæc sunt contradictoria. Ergo p.

3. Col. p 43.
Resp. 2^o Neg. maj. Quia, ut verificentur contradictoria de aliquo re ante operationem intellectus, sufficit, quod sit virtualiter multiplex, que enim sunt virtualiter multiplicia eadem idem præstant, ac que actu sunt distincta, juxta effatum: Qua sunt dispersa in inferioribus, sunt unita in superioribus. Itaque sicut calor, quem Sol præstat, potest id totum præstare, quod calor formalis, quem parit ignis; ita distinctio virtualis id omne præstat, quod distinctio actualis præstaret: et sicut anima rationalis, quia est eminenter vegetativa, sensitiva, et intellectiva, æque bene gradum vegetativum, sensitivum, et rationalem confert, ac præstent tres anima realiter distincta, quibus illa æquiparet; ita etiam distinctio virtualis, que consistit in eminentia rei virtualiter multiplicis et æquipotentis perfectionibus diversis tam bene potest fundare predicata contradictoria, quam distinctio Scotistica.

Confiam. ex S. Thoma qq. disp. 9. 4. de potent. a. i. ad 5. ubi sic ait: De eo, quod est idem re et differens ratione, nihil prohibet contradictoria predicari; sicut patet, quod idem punctum re, differens ratione, est principium et finis, et secundum quod est principium non est finis, et è contrario. Unde cum essentia et proprietates sint idem re, et differant ratione, nihil prohibet, quin unum sit communicabile et aliud incommunicabile.

Resp. 3^o Posse merito dici majorem intervenire distinctionem inter attributa relativa, quam absoluta, relata ad essentiam divinam; hæc enim solum virtualiter, ista vero etiam realiter inadæquate distinguuntur; unde Pater identificatur toti essentia divina, hoc est omnibus predicatis absolutis, non tamen totaliter seu adæquate, quia non identificatur filiatio et spirationi passiva, quibus identificatur essentia. Hinc varia predicata contradictoria possunt vere et à parte rei affirmari de essentia, et ne-

gari de personis, ac vicissim; quia per idas non affirmatur et negatur idem de eodem realiter et adequate, sed solum de eodem realiter inaduate, ut patet in his predicationibus. Paternitas non communicatur Verbo, Effentia communicatur Verbo; in quibus quod verè affirmatur de Effentia negatur de Paternitate, non propter distinctionem formalem ex natura rei, sed propter realem inaduatam inter Patrem et Effentiam. Effentia namque inhaeret, per identitatem, non modo Paternitati, sed etiam Filiationem, et Spirationem passivam, quibus tamen non competit communicari. Et hoc ipsum est mysterium SS. Trinitatis, in quo nempe tota natura Divina identificatur singulis personis Divinis, non tamen totaliter, quia ita identificatur uni, ut simul etiam identificatur alteri realiter ab alia distincta.

Unde facile solvitur Argumentum Scotistarum, quod sic proponunt: Vel Filiatio et Spiratio sunt omnino idem à parte rei cum tota Effentia, id est, cum omnibus predicatis absolutis; vel non? Si non; Ergo Filiatio distinguitur à parte rei ab Effentia Divina, adeoque et Paternitas; cum sit eadem ratio de Paternitate ac de Filiatione. Si sic: Ergo Pater, qui identificatur omnibus predicatis absolutis, identificatur et Filiationi ac Spirationi, et consequenter non distinguitur à Filio et Spiritu Sancto.

Nam Resp. Filiationem et Spirationem esse quidem omnino idem cum tota Effentia Divina, non tamen aduate, atque adeo ab eà, quemadmodum et de Paternitate dicitur realiter inaduate distingui. Itaque Relationes totam Effentiam sibi vindicant, sed tamen non omnem ejus modum, non enim modum ~~communis~~ communicabilitatis, qua Effentia competit, sibi appropriant.

4^{to} Cap. 1044

Insti. Filiatio aeterni Filii, per aeternam sui productionem vel addit aliquid ad ~~essentiam~~ Effentiam improdnetam, vel nihil addit. Non primum; quia sic Filiatio esset formaliter diversa ab Effentia. Non secundum; quia sic non haberetur à parte rei constitutiva Filii ratio et à Paternitate actu distincta, et totum negotium processionis in Divinis consisteret in nostro conceptu.

Resp. Filiationem aeternam addere ad Effentiam Divinam aliquid virtualiter, imò etiam realiter inaduate distinctum, non verò actu realiter aut formaliter aduate diversum; haec autem inaduate distinctio non tollit identitatem inaduatam, sed potius eam servat; unde non obstante ejusmodi distinctione, manet tamen, quod Pater toti Effentia identificatur, quamvis non totaliter.

Consi. haec identitas inaduate eodem ferè modo se habet, quemadmodum univ. qua animam inter ac corporis membra intercedit; licet enim v.g. pes univatur cum tota anima, ut voluit Peripatetici, non tamen totaliter; quò fit, ut

quamvis eadem anima se tota uniatur capiti, necesse tamen non sit, ut in capite pes sit, vel vicissim, et sane si ex hoc, quod pes cum tota anima uniatur, liceret inferre, quod etiam totaliter cum eadem uniatur, sequeretur vel caput esse pedem, vel animam cum capite nullatenus uniri. Sicut ergo non implicat, quod pes cum tota anima, non tamen totaliter, uniatur, et id quidem ob ejusdem anima virtuales extensionem; sic etiam non implicat Paternitatem cum tota essentia divina quidem identificari, non tamen totaliter, et hoc propter ejus infinitam perfectionem formalitatis virtualiter multiplicem.

Aliud adhuc exemplum suppeditari potest! Quamvis duratio Antichristi coexistat toti aeternitati, est enim aeternitas indivisibilis; cum sit interminabilis vita tota simul et perfecta, perfecta; nihilominus non coexistit ei totaliter; nam aeternitas habet formalitates vel partes virtualiter distinctas, et secundum partem virtuales, qua correspondet tempori presenti, bene dicitur, quod Antichristus non sit in aeternitate; secundum vero partes, qua correspondunt, seu continent differentiam temporis, in qua vita aliquando erit, sic verum est dicere, quod sit in aeternitate.

Ita pariter secundum quod essentia divina, utpotè habens formalitates virtualiter distinctas, aequivalat absoluto, communicabilis est; secundum quod vero aequivalat relativo, v.g. Paternitati, communicabilis non est; et sic licet Paternitas identificetur cum tota essentia, patet tamen ex hoc, quod non identificetur ei identitate adaequata, sed tantum inadaequata, qua simul stat cum distinctione inadaequata.

Ita aliter dicendum venit de attributis absolutis relativo tum ad se, tum ad essentiam divinam. Nam intellectui, voluntati, aliisque perfectionibus divinis absolutis contradictoria non conveniunt actualiter ante operationem mentis, sed fundamentaliter convenerunt, seu virtualiter. Pro quo sciendum est, quod haec voces intellectus, voluntas, justitia, misericordia, p. prout deo tribuuntur, significant illas perfectiones, non ut à parte rei sunt unum et idem indivisibiliter, quippe eadem entitas est intellectus et voluntas; sed significant eas ut precisas et distinctas conceptibus et connotatis; idè enim exprimentur diversis vocibus diverso, aut diversimodè significantibus. Hinc fit, quod non possimus illis vocibus uti ad exprimendas istas perfectiones, ut sunt à parte rei, ubi nulla est precisio, distinctio, et diversorum connotatio, sed debemus uti aliis, qua non denotant modum, quem habent sub precisione intentionali, sed quem habent à parte rei independenter ab operatione intellectus, quales sunt entitas qua est intellectus, entitas qua est voluntas: at tunc falsum erit, quod entitas, qua est intellectus, generet, non vero generet entitas, qua est voluntas.

Unde ulterius cum dicitur, intellectus prout est à parte rei, independenter ab omni conceptu, locutio haec destruit se ipsam, et involvit contradictoria, scilicet haec: intellectus ut precisus,

H

S. d. p. 45.

et non praeiuris; adeoque in istis debet negari suppositum, quia perfectio, quae est intellectus non est à parte rei, ut significatur haec voce intellectus, quae ex usu Theologorum, prout tribuitur Deo, significat entitatem divinam sicutam praeiure sub ratione intellectus, seu perfectionis aequivalentis intellectui creato, abstrahendo à voluntate, qualiter non est nec esse potest à parte rei.

Quamobrem cum argumentantur Scotista, de fide certum esse, Filium à parte rei procedere per intellectum et non per voluntatem, si praeiure intellectum et voluntatem distinguunt formaliter ex natura rei, alioquin enim duo praedicata contradictoria, nempe esse principium et non esse principium generationis, verificarentur de eodem à parte rei, scilicet de intellectu et voluntate, quae, kelsua distinctione formali ex natura rei, sunt omnino idem à parte rei. Cum, inquam ita argumentantur, id negandum est suppositum; quia, ut modo dictum, intellectus et voluntas non sunt à parte rei prout istis vocibus significantur. 2^o Dist. Si intellectus et voluntas humanatur identice seu materialiter, neg. quod Filius non aequè procedat per voluntatem ac per intellectum; quia illa entitas, quae à parte rei est principium generationis simul est intellectus, et simul etiam voluntas; in quo sensu verum erit dicere, Verbum procedit per voluntatem, et Spiritus Sanctus per intellectum: Si vero humanatur formaliter, id est, si intellectus praeiure humanatur sub ratione vis perceptiva veri aequivalentis intellectui creato; voluntas vero sub ratione vis appetitive boni aequivalentis voluntati creato, conc. Sed tunc argumentum nihil evincit; nam sic non sunt idem cum important diversas rationes formales, quos intellectus noster actu distinguit, et per simplicem apprehensionem multiplicat cum fundamento, quod datur in objecto ratione sua eminentia et infinita perfectionis virtualiter multiplici.

Inst. Realis est veritas, quod Pater generet per intellectum, et non per voluntatem. Ergo id fit independenter ab intellectu; et praeiure inter intellectum et voluntatem datur quaedam distinctio actualis ex natura rei.

Resp. Dist. ant. Realis est veritas, quod Pater generet per intellectum, id est, per entitatem, quae quidem est intellectus, non tamen voluntas, neg. per intellectum, id est, per entitatem, quae à parte rei est quidem intellectus, sed etiam simul voluntas, à qua tamen non procederet Verbum, si non esset intellectus, sed solum voluntas, conc. ant. Unde affirmativa in istis propositionibus contradictione oppositis, quae emittantur de perfectio-nibus absolutis potest transmitti, neutiquam vero negativa, quia à parte rei omnia absoluta sunt prorsus idem; unde quod dicitur v.g. de intellectu, hoc etiam de voluntate dici debet.

Aliter adhuc Resp. cum Dist. Realis veritas est p. quoad rem significatam, conc. quoad modum significandi, neg.

temper
quod per
totaliter
vel am
impli
et
licet
quod
infinit
duatio
tas indi
facta
atque
t hunc
propr
hunc
iam ten
quod
labes p
comi
fili
disti
disti
tunc
ati, ab
mve
antali
quod h
prout
te rei
t intell
trinitas
diver
Hinc
tas perfe
tlo, et
antant
quem lib
ris, quae
tas: et
nost, et
ante
de ipse
et prae

34.
6. 68. 46.

ant. Itaque res significata est, quod Pater generet per eam entitatem, qua denotatur nomine intellectus, quod verissimum est independenter ab omni mentis opera. Modus autem significandi est, quod Pater generet per eam entitatem seu perfectionem praei-
sam ab eâ, qua significatur nomine voluntatis, quod a parte rei contingere requirit.

Ope harum binarum distinctionum facile solvi posse, arbitran-
tur Thomista, omnia argumenta Scotistarum circa praedica-
tiones, quae videntur contradictoria; ut quod Deus intelligat
per intellectum et non per voluntatem; iuniat per justitiam,
non per misericordiam, quod productio Filii sit generatio,
non verò productio Spiritus Sancti; quia hic per voluntatem,
ille verò per intellectum procedit, p. Haec inquam, ut ajunt
laudati Thomista, facile solvi possunt, si duntaxat notatur,
quod s.g. productio Filii sit talis natura, ut procedat ab entitate
divina, prout est perfectio aequivalens intellectui creato, ita quidem,
ut si per impossibile huiusmodi non esset, ab eâ non procederet, et
si entitas, quae in Deo est intellectus, distingueretur ab eâ, quae est vo-
luntas, ab illâ procederet productio Filii, non ab hac. Sic propor-
tionaliter differendum est de productione Spiritus Sancti ac aliis
contradictoriis adductis vel adducendis. Ex quo constat, quod
noster intellectus non sine magno fundamento conspiciat Filium
procedere per intellectum, non verò Spiritum Sanctum; Deum
punire per justitiam, non verò per misericordiam.

Fatendum tamen est, quod, si attributa divina considerentur
ut connotant aliquid extra Deum vel ut effectum, vel ut objec-
tum, sic concedi possit, quod distinguantur realiter inaduate,
siquidem complexum ex hoc connotante et ex hoc connotato non
est idem realiter aduate cum complexu ex eodem connotante et
altero connotato, sed solum inaduate, sicut secundum to-
tantum, quod dicit in re, non verò secundum id, quod dicit in
obliquò. Eiusmodi entitas Dei ut representata conceptu
justitiae, et ut connotans poenam, non est entitas Dei ut repre-
sentata conceptu misericordiae, et ut connotans indulgentiam;
unde respectata possunt de se invicem negari, sed certè huius-
modi mutuae negationes videntur non nisi dependenter ab intellectu
fieri.

§ III.

59.

Proponuntur argumenta, quae contra Distin-
tione Scotisticam pugnant, una cum Scotistarum
repressionibus.

Argumentum, nunc ex autoritate Conciliorum desumptum.
1º In Concilio Rhemensi an. 11148. cui praesedit Eugenius Papa III.
Definitum est: Ne aliqua ratio inter naturam et personam di-
videret, neve Deus divina essentia diceretur in sensu ablativi
tantum, sed etiam nominativi, hoc est, ne tantum diceretur,
Pater Deitate est Deus, sed est ipsa Deitas. Ubi Concilium

nomine rationis non intelligit rationem ratiocinatam, alioquin
distinctionem rationis ratiocinatas etiam damnasset, quod nemo
dixerit. voluit ergo nomine rationis intelligere quamdam forma-
litatem, sicut et ipsemet Scotus intellexit, dum apud Radam Con-
trou. 4. ad 6. arg. vocat magnitudinem et sapientiam rationes; unde
et ipse Rada ait not. 3. formalitatem nihil aliud esse, quam ra-
tionem objectivam, sub qua unaquaque res conijci potest ex natura
rei.

2^o Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. an. 1215. celebra-
tum; et habetur Cap. Sirmiter. sic loquitur: Pater et Filius et Spi-
ritus Sanctus tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu
natura simplex omnino. Atque haec omnimoda simplicitas omnem
distinctionem ex natura rei videtur tollere. Ergo p.

3^o Concilium Florentinum sub Eugenio IV. an. 1439. celebratum
Sess. 18. sic definit: Divina substantia et persona re quidem sunt idem,
secundum autem modum intellectiois nostrae differre videntur. Quibus
verbis distinctionem Scotiticam implicitam improbat, ita namque
removet distinctionem realem, ut solam rationis admittat; quod
expressius adhuc declarat Sess. 19. et 25.

Respondent Scotista, à nullo horum Conciliorum quidquam adver-
sus hanc distinctionem definitum fuisse. Nam quoad Concilium Rhe-
mense dicunt, quod, dum prohibet, ne aliqua ratio inter naturam et
personam divideret, id dicitur contra Gilbertum, qui inter attributa
divina, tam quoad re, quam quoad essentiam distinctionem realem
admittebat. Eiusmodi S. Bernardus lib. 5. de consid. c. 7. ostendit Gil-
bertum admisisse inter essentiam et personalitates distinctionem nume-
ricam, quae haec est realis. Itaque prohibetur, ne ratio considerans
distinctionem realem dividat, quod vel ex ipso divisionis nomine con-
stat; hoc enim maxime importat distinctionem. Si igitur contra
distinctionem Scotiticam nihil definitum sit Concilium.

Ad Concilium Lateranense Respondent, quod Summa identitati
non adversetur distinctio formalis sed tantum realis ex natura rei,
ut ex dictis S. proced. et ex dicendis innotasit et innotescet.

Ad Concilium Florentinum ajunt, illud per haec verba: secundum
modum intellectiois nostrae. non excludere distinctionem forma-
lem, de qua tunc nulla proors erat controversia, sed realem duntaxat.
Intendebant enim hujus Concilii Patres fidem explicare,
et contra SS. Trinitatis hostes ostendere, inter essentiam et hypos-
tases non esse distinctionem realem, sicut est inter personalitates.

Mens ergo Concilii non fuit, inquirunt, distinctionem formalem de-
struere, cum sit contra mentem Conciliorum id definire, de quo nul-
la in eis est questio. Praeterea Concilium istud opinative duntaxat
locutum est, ut verbum videntur, quod adhibet, aperte
innuit; siquae Theologorum opinionibus praesudicium aliquod
offere minime intendit.

Argumentum 2^{um} dum ab auctoritate SS. Patrum petitum. 10 60.
S. Dionysius de Divina. nom. c. 2. sic ait: Divinam totam substan-
tiam, quidquid illa est, ipsa bonitas definit. Et c. 13. unum,
inquit, Deus est, quia omnia unice est secundum unam eminentiam

tiam unitatis. Atqui hoc dici non posset, si in ipso essent multa a di-
versa natura rei formalitates.

2^o S. Basilius Ep. 80. ad Eustachium Medicum. Quaecumque, inquit, no-
mina divina protuleris, sunt bonitas, justitia; unum est perpetuo quod signi-
ficatur. At hoc in sententia Scoti verificari non potest; nam bonitas
formaliter non est justitia, iuxta ipsum; adeoque bonitas perpetuo
non significatur quod justitia. Clarus adhuc rem exprimit idem
S. Doctor ibid. cum Oves, inquit, de Deo convenientes sunt notiones,
quam voces ejusdem sunt inter se dignitatis, eo quod unum habent in
subjecta rei significatione discernen; non enim ad rem aliam manuum
intelligentiam nostram boni appellatio, ad aliam vero Sapientis, poten-
tis, et justi; sed quaecumque Divinis nomina, unum idemque per omnia
significatur. At juxta Scotistas, si Deum dixeris justitiam, per om-
nia non significas misericordiam, cum justitia et misericordia ex na-
tura rei formaliter inter se distinguantur.

8 Q. p. 48.

3^o S. Gregorius Nyssenus Orat. 12. haec loquitur: Secundum cogita-
tionum differentiam nominibus Deum aliter et aliter appellemus,
vel potentiam, vel imperium, vel bonitatem. Et lib. ad Abbarium.
Omnia, ait, circa essentiam diversitatem rejicit Divina Simplicitas.
Ius e diametris opponi videntur opinioni Scotistarum.

4^o S. Augustinus lib. 7. de Trin. c. 8. quarens: bonitas et justitia non
quid inter se in natura rei, sicut in ejus operibus dicuntur tanquam dua
diversa sint qualitates Dei, una bonitas, alia justitia &c. sic sibi res-
pondet: Non utique, sed qua justitia bonitas ipsa, et qua bonitas ip-
sa beatitudo, p.

5^o Denique, ut cetera aliorum Patrum testimonia pretereantur,
S. Bernardus lib. 5. de consid. c. 7. sic ait: Non est compositus Deus, me-
rum simplex est, et ut noveris, quid simplex dicam, id quod unum tam
simplex Deus quam unus est: est autem unus, quomodo aliud nihil,
si dici possit, unissimus est. Quibus verbis constare videtur, juxta hanc
S. Doctorem nullam in Deo dari pluralitatem attributorum, cum ipsa
scire cum summa unitate nequeat.

Resp. Scotista, SS: Patres istos, ut et alios, signi hanc in rem adducan-
tur, intelligi debere de identitate reali, et de exclusionem omnis realis
distinctionis, non autem distinctionis formalis, de qua nulla apud ipsos
controversia erat. Unde si mens SS: Patrum probe attendatur, palam
fiat, eos nihil aliud docuisse, quam quod Sapientia, justitia, aliaque
attributa in Deo non sint qualitates, seu accidentia sicut in nobis; et
ut id probent, ostendunt ea esse ipsammet Dei substantiam nempe
realiter, quod sufficit ad eorum intentum, cui nullatenus obest dis-
tinctio formalis.

Juxta S. Bernardus Serm. 8. in Cant. dicit veriore et saniore
esse predicationem in abstracto, quam in concreto v.g. hanc: Dei-
tas est Sapientia, quam istam: Deus est sapiens. Atqui hoc non
dixisset, si credidisset Sapientiam non esse formaliter Deitatem.
Ergo p.

Resp. S. Doctorem hunc id idem dixisse, ut scilicet ostenderet per pre-
dicationem in abstracto magis removeri periculum erroris, quam
per predicationem in concreto; nam cum in concreto aliquando pre-
dicetur forma a subjecto distincta, prout liquet in hac propo-
sitione: Deus est sapiens.

ratione, Hanc est Sapiens. posset aliquis existimare, audita hac proposi-
tione: Deus est Sapiens, quod Deus distinguatur à Sapientiâ, quem
admodum homo ab eâ distingui cognoscitur. In abstracto autem
predicatum cum subjecto perpetuo identificatur, et ideo dicit, hanc esse
illâ veriorē et saniorē, quâ palam fit, non fuisse intentionem S.
Bernardi ibi includere distinctionem formalem ex naturâ rei inter
attributa et essentiam divinam, p.

Argumentum 3^{ti}um desumitur ex ratione Summae Simplicitatâ 61.
Divina, quæ tollitur per distinctionem formalem ex naturâ rei.
Hæc enim posita sequitur, quod Deus sit compositus ex pluribus à par-
te rei distinctis.

Confirm. Quia pluralitas ac multitudo attributorum repugnat uni-
tati compositionis experti. Atqui unitas compositionis experti in
Deo est Simplicitas Divina. Ergo pluralitas ac multitudo attributo-
rum repugnat Simplicitati Divina. Maj. prob. pluralitas et multi-
tudo attributorum divinarum, vel est composita vel non seu in-
composita? Si primum, ergo hoc ipso repugnat Simplicitati Divina,
quatenus est compositionis experti. Si secundum, ergo illi repugnat,
quatenus est unitas. Ergo p.

Resp. ad argum. neg. seq. est quod ad compositionem non sufficiat
sola distinctio plurium, cum hæc ex naturâ sua nullam involvat compo-
sitionem, possitque dari distinctio sine ulla compositione, ut pat-
tet in divinis personis; Sed insuper requiritur, ut plura distincta
sint compossibilia inter se per modum potentia et actus: porro
attributa et essentia, licet ab invicem formaliter distinguan-
tur, sunt tamen actus purissimi, ac consequenter nullam efficere
possunt compositionem.

Ad confirm. Resp. neg. maj. ad ejus prob. dicunt, quod talis plu-
ralitas attributorum non sit composita: hujus autem idlatum
sic distinguunt; Ergo illi repugnat, quatenus est unitas opposita
distinctioni, concl. quatenus est unitas opposita compositioni,
neg. idlat. Pluralitas igitur attributorum opponitur illi uni-
tati, quæ dicit negationem distinctionis, non autem illi uni-
tati, quæ dicit negationem compositionis: cum ergo Simpli-
citas Divina dicat negationem compositionis, non autem dis-
tinctionis; quia alias personæ divinae distingui inter se nequeunt;
hinc pluralitas attributorum nullatenus repugnat Simplicitati
Divina, quemadmodum eadem non repugnat pluralitas personarum.

Pluralitas

Inst. 1^o Pluralitas opponitur indistincto. Atqui indistinctum
est quid simplex. Ergo hoc ipso pluralitas attributorum oppo-
nitur Simplicitati.

Resp. Dist. min. Atqui indistinctum ut incomponibile et in-
compositum ex actu et potentia est quid simplex, concl. Sicut,
neg. min. p. Itaque id quod est in se indistinctum, in tantum
dicitur simplex, in quantum dicit negationem compositionis per
modum actus et potentia; quod si enim ita sit indistinctum,
ut tamen componatur ex actu et potentia, jam tunc in eo dicitur

nit ratio simpliciter.

Inst. 2^o. Illud non potest dici Ens simplicissimum, quod perficitur ab alio. Atqui si ipsa attributa divina distinguerentur formaliter ex natura rei tam inter se, quam inter ipsam essentiam divinam, tunc ipsa ab eis perficeretur, cum per illa formaliter aliquid esset, quod in se formaliter non est. Ergo non potest dici Ens simplicissimum.

Confirm. Attributa divina, si essent distincta formaliter ex natura rei, tribuerent ipsi essentia divina intrinsecam ac formalem denominationem, quod e.g. esset sapiens, justa, p. Atqui quidquid ita tribuit denominationem intrinsecam alteri, id illud perficit tanquam perfectibile. Ergo p.

Resp. ad arg. neg. min. quod nempe essentia divina tanquam quid perfectibile à suis attributis perfici potest; cum enim sit actus purissimus, fieri non potest, ut quodam potentialitas concipi possit. Vel etiam Dist. Essentia divina perficitur ab attributis, ut distincta à distinctis actu à parte rei, in summa actualitate excludente omnem potentialitatem, con. ut modo actuan- dam per supervenientem formam, neg.

Ad Confirm. Dist. maj. Attributa divina, si essent distincta formaliter ex natura rei tribuerent essentia divina intrinsecam ac formalem denominationem, p. per modum actus et actus, con. per modum actus et potentia, neg. maj. p. Quamvis attributa divina tribuant essentia divina denominationem, quod e.g. sit justa, eam tamen cum perfectibilem neutiquam perficere possunt, eo quod sit actus purissimus, à quo abesse necessum est omnis potentialitas, perfectibilitas, p.

Inst. 3^o. Ubi adest Determinativum ac Determinabile, ibi perfectibilitas locum habet. Atqui si daretur distinctio Scotistica, daretur determinativum et determinabile. Ergo daretur perfectibilitas, et consequenter ipsa essentia divina à suis attributis cum perfectibilis perficeretur. Maj. patet; quia quidquid determinatur ab altero, per illud reducitur in actum, ac proinde ab eo perficitur. Min. prob. Ibi datur determinativum ac determinabile, ubi unum determinat alterum. Atqui attributa divina in sententia Scotistarum determinant ipsum esse divinum ad esse tale. Ergo p.

Resp. ad argum. neg. min. ad ejus prob. Dist. maj. Ibi datur determinativum ac determinabile, ubi unum determinat alterum per modum potentia et actus, con. per modum actus et actus, neg. maj. p. Itaque essentia divina semper intelligitur determinata, cum sit actus purissimus et nunquam determinabilis, atque adeo excludit omnem perfectibilitatem.

Inst. 4^o. Sine attributis essentia divina non habet, quod sit formaliter justa, sapiens, p. Ergo aliquid acquirit à suis attributis, ac proinde ab eis perficitur.

2. p. p. 50

Resp. neg. cons. Divina in essentia divina non potest dari transi-
tus a non esse ad esse tale; eo quod sit ens actualissimum. De-
 cipiuntur itaque adversa pars Theologi; inquit Scotista: |
 cum existimant essentiam divinam ut distinctam a parte rei
 a suis attributis non esse ens actualissimum; si enim eam ita con-
 ciperent, facile intelligerent illam a suis attributis nihil acqui-
 rere posse, sed prae se in sua actualitate semper fuisse talem
 per sua attributa tanquam per aliquid a se formaliter dis-
 tinctum sine uba potentialitate.

Inst. 5^o Essentia divina ut distincta formaliter ex natura rei vel
 importat carentiam horum attributorum, vel non: si primum, non
 potest dici actus purissimus, cum sic non habeat omnem perfectio-
 nem: si secundum, tunc male dicitur distincta a suis attributis.

Resp. Essentiam divinam ut sic in suo conceptu non dicere caren-
 tiam horum attributorum; alioquin non esset ens actualissimum;
 sed negationem identitatis in conceptu formali: non
 tamen inde sequitur eam a suis attributis male dici distinctam;
 toto enim coelo differunt carentia attributorum et negatio iden-
 titatis eorum. Sic e. g. in sententia Peripateticorum materia
 prima unita forma dicit negationem identitatis cum forma, non
 tamen carentiam ipsius.

Hic

Inst. 6^o Saltem Deus intelligeretur simplicior, si attributa non
 distinguerentur ex natura rei formaliter. Ergo cum Deo tribui debe-
 at simplicitas, qua major cogitari nequeat, sic non debet admitti
 ejusmodi distinctio.

Resp. 1^o neg. supposit. Quod nempe simplicitas opponatur dis-
 tinctioni; alioquin non posset admitti Trinitas in personis.

Resp. 2^o Quod quidem Deo attribui debeat omnimoda simplicitas,
 sed quae sit possibilis, non vero impossibilis: fieri autem non po-
 test, quia attributa a se invicem non distinguantur formaliter
 ex natura rei, cum ante mentis operam sint contradicto-
 riorum susceptiva.

Resp. 3^o Argumentum istud unum probare, adeoque nihil.
 Ex eo enim evincitur, neque distinctionem rationis ratio-
 nate admittendam esse; quod tamen adversarii non concesserint.

Inst. 7^o Per distinctionem rationis ratioinata longe ma-
 gis simplicitas Dei salvatur, quam per distinctionem ex na-
 tura rei formalem. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Magis salvatur cum quadam imperfectione,
 conc. utra sequelam imperfectionis alicujus. neg. ant. solutio
 haec patet ex argumentis s. preced. adductis.

Col. p. 5 Argumentum 4^o tum sumitur ex ratione Unitatis divinae. 62.

Nam si daretur distinctio ex natura rei formalis inter essentiam
 divinam et ejus attributa, Deus non esset unissimus, si ita loqui
 fas est. Atque juxta s. Bernardum supra laudatum aliosque SS:
 Pater, Deus est unissimus, sive summa unitas. Ergo p.

Resp. Scotista, Deum esse unissimum realiter, sed in Deo dari
 summam unitatem realem, non tamen formalem, qua non requi-

ritur, in se implicat; cum alias principia productiva personarum
indivinis inter se non essent à parte rei distincta, ac consequenter Spi-
ritus sanctus a quo procederet per intellectum ac Filius, sicque etiam
esset vera imago Patris, quod non admittitur.

Inst. 1^o Quomodo Deus tam simplex est, ut omnem pro-
prietatem excludat compositionem tam realem quam formalem ex
natura rei: ita etiam tam unus est, ut excludat omnem dis-
tinctionem actualem tam realem quam formalem ex natura
rei; sicut enim compositio opponitur simplicitati, ita distinctio
actualis opponitur unitati identitatis. Ergo p.

Resp. neg. ant. et parit. Disparitas est, quia cum compositio
non nisi ex potentia et actu fieri possit, hic rationem imper-
fectionis habet. At ipsa distinctio nullam dicit imperfec-
tionem, ut constat in personis divinis; unde ibi magis absque de-
bet à divinis, quam ista.

Inst. 2^o Quod opponitur unitati est imperfectio. atqui distin-
ctio opponitur unitati. Ergo quemadmodum compositio à di-
vinis absque debet, sic et distinctio. Maj. prob. Unitas est per-
fectio. atqui quod perfectioni opponitur est imperfectio. Ergo p.

Resp. ad arg. neg. maj. Ante jus prob. Dist. maj. Quod opponitur
unitati reali in divinis est imperfectio, conc. Quod opponitur
unitati formali est imperfectio, neg. maj. Itaque distinctio,
quae in divinis reperitur, non debet opponi unitati reali, quia
hoc involveret imperfectionem, ut constat ex dictis. sed sufficit,
si opponatur unitati formali, et in hoc salvatur Summa uni-
tas.

Inst. 3^o Ens Summè unum ac indistinctum est Summè indis-
tinctum. Ergo etiam debet posse opponi unitati formali,
alioquin non esset Summè indistinctum. Prob. ant. Ens distin-
ctum ab altero est limitatum, cum ibi finiatur, ubi est distinctum
ab altero. Ergo è contra Ens Summè unum et indistinctum est
Summè indistinctum.

Resp. ad idem Neg. ant. Ad eus prob. pariter neg. ant. Quia alio-
quin sequeretur, quod Pater divinus sit limitatus, cum distin-
quatur à Filio. vel Dist. idem ant. Omne distinctum ab al-
tero est limitatum, si sit finitum, conc. Si sit infinitum, neg.
ant. p. Itaque distinctio in divinis tantum dicit alietatem,
id est, quod unum non sit aliud, non vero limitationem.

Inst. 4^o Sicut Summa indistinctio fundatur in indistinctio-
ne, sic è contra Summa distinctio fundatur in limitatione ex-
tremorum. atqui distinctio formalis ex natura rei est Summa
distinctio; quia est per magis intrinseca. Ergo p.

Resp. Trans. maj. neg. min. Ad rationem adjectam Resp.
accidens esse respectu distinctionis, quod sit per intrinseca aut
extrinseca: Unde sicut non sequitur, Album est dulce, quia
dulcedo albedini est accidentalis. Ergo magis album est magis
dulce. ita nec sequitur propter eandem rationem: Distinctio
per intrinseca est distinctio. Ergo distinctio per magis intrinseca

est major distinctio. Not. Dicitur est trans. maj. quia absolute posset negari; nam in divinis inter Patrem et Filium datur Summa distinctio, nequaquam autem limitatio.

Argumentum 5^{um} petitur ex infinitate ipsius essentia divina, 63. que videtur auferri per distinctionem formalem Scotisticam. Nam illud non est formaliter infinitum in perfectione, quod in suo conceptu formali non includit omnem perfectionem simpliciter simplicem. Atqui data distinctione Scotistica essentia in suo conceptu formali non includeret omnem perfectionem simpliciter simplicem, ut constat. Ergo p.

Resp. Scotista. Dist. maj. Illud non est formaliter infinitum in perfectione, quod in suo conceptu formali non includit omnem perfectionem simpliciter simplicem, neque radicaliter, neque formaliter, con. tantum formaliter, neg. maj. et Dist. min. Atqui essentia p. non includeret formaliter, con. radicaliter, neg. min. p. Itaque duplex distinguenda est infinitas, radicalis videlicet et formalis; haec convenit attributis divinis, ut cuius quodlibet attributum divinum identice omnem includit perfectionem; illam vero sibi vindicat essentia divina ut sic, cum sit tam perfecta, ut perfectior concipi nequeat; quare licet à parte rei non sit sua attributa, non tamen in sua ratione formalis finita esse potest, sed est essentialiter Ens summum, ac pelagus omnium perfectionum.

Inst. 1^a Essentia divina per attributa divina intelligitur major, quam sine ipsis. Ergo non potest esse Ens summum in suo conceptu.

Resp. neg. ant. Cum enim essentia divina actualissime sibi identificet omnem omnino perfectionem, sic implicat, ut in eam eadem possit majoritas aut minoritas in perfectione.

Inst. 2^a Essentia divina ut sic vel est formaliter justa, vel non? Si primum; ergo formaliter non distinguitur à suis attributis. Si secundum; ergo non erit infinita, sed formaliter limitata, quod non admittitur.

Resp. Ipsam essentiam divinam ut sic non esse formaliter justam; non tamen exinde sequitur, quod non sit infinita aut illimitata; quia, ut jam dictum, in ratione essentiae tanta est, ut nec esse nec cogitari possit ulla essentia majoris perfectionis, utpotè cum sit radix ac pelagus infinitarum perfectionum.

Inst. 3^a Essentia divina, cum sit infinita, debet etiam formaliter includere omnem perfectionem. Ergo nulla solutio. Prob. ant. Quia alioquin daretur majus et minus. Prob. Quia essentia divina à parte rei esset identice major quam formaliter, et quod identice esset justa, sapiens, p. non autem formaliter. Ergo p.

Confirm. Vel essentia divina in suo conceptu formali includit tot perfectiones, quot in conceptu identico, vel non? Si primum; ergo non distinguitur à suis attributis. Si secundum;

Deum; ergo jam in Deo admittitur majus et minus.

Resp. ad arg. neg. ant. ad ejus prob. neg. suppositum, nempe quod in Summa actualitate intelligi possit majoritas et minoritas. ad illius prob. neg. ant. quia essentia divina non est aliter distincta à suis attributis, quam prout illa simul habet actu à parte rei actualissime cum exclusione omnis potentialitatis; et sic non est major identici, quam formaliter.

Ad Confirm. Resp. Aliud esse essentiam divinam in suo conceptu formali non includere illas perfectiones, quas dicit in conceptu identici; et aliud esse essentiam in conceptu formali non includere tot perfectiones, quot in conceptu identici; illud facile admittitur, sed hoc negatur, quia arguit imperfectionem. Unde negatur suppositum, scilicet quod actus purissimus, quemadmodum est essentia divina, tantam et non tantam perfectionem in se continere queat.

Inst. 4^o. Essentia divina identici se magis extendit, quam formaliter. Ergo tanta perfectionis non est formaliter quam identici.

Resp. neg. ant. In via se magis extendere et non extendere dicit potentialitatem, qua in essentia divina, utpotè Summa actualitate inveniri nequit.

Inst. 5^o. Ergo essentia divina erit tanta formaliter, quanta identici. Atqui formaliter tanta non est, quanta est identici. Ergo p.

Resp. Illam nec formaliter esse tantam, quanta est identici, nec etiam non esse tantam; sed solum esse distinctam: non est quidem tanta formaliter quanta est identici; quia alioquin tolleretur distinctio ex natura rei; nec etiam est non tanta formaliter, quanta est identici, quia hoc arguit imperfectionem, tollitque rationem Summa actualitatis.

Neque dicatur, quod, si non sit tanta formaliter, quanta est identici, tunc per sua attributa in esse formali possit perfici, ac etiam minus perficiatur.

Nam contra est, quod essentia divina per sua attributa tantum reddatur formaliter talis, non vero perfectior, quamvis enim attributa divina sint perfectiones simpliciter simplices, nequeunt tamen essentiam divinam cum perfectibilem perficere, sed eam tantum reddunt formaliter talem, quod exinde liquet, quia essentia divina de facto se non aliter habet à parte rei, nisi ut simul habens omnem omnino perfectionem.

64. Argumentum 6^o tum desumitur ex infinitate attributorum divinorum, qua videtur auferri ab eis, si distinguantur formaliter ex natura rei ab essentia divina; nam ut sic distincta, non essent formaliter Deus. Ergo ut sic non essent infinita.

Resp. Scotista. Illa formaliter non esse ipsum Deum, sed aliquid Dei; non tamen propterea desinere esse infinita, cum sint actualissime cum essentia divina identificata.

Inst. 1^o. Quod est aliquid Dei, est ipse Deus. Atqui, ut con-

capsum est, attributa divina, ut v.g. Sapientia, justitia, p. sunt ali-
quid Dei. Ergo et ipse Deus.

Resp. Dist. maj. Quod est aliquid Dei, est ipse Deus identice vel rea-
liter, con. Formaliter, neg. maj. p. Itaque v.g. Sapientia divi-
na, si sumatur identice ac realiter, est quidem ipse Deus; si
vero sumatur formaliter, est aliquid Dei.

Inst. 2^o. Si Sapientia sumta formaliter non est ipse Deus, sed
aliquid Dei, tunc haec Sapientia vel esset aliquid divina natu-
ra superius, vel aequale, vel inferius. Neutrum dici potest: non
primum; quia natura divina nihil superius concipi potest;
non secundum; quia sic plures essent essentia divina, ac conse-
quenter plures Dei: non denique tertium; quia sic esset creatura,
adeoque Deus esset sapiens per creaturam, quod implicat. Ita
argumentabatur S. Bernardus contra Gilbertum. vid. ipsius
Sermon. 80. in Cant. n. 6.

Resp. Sapientiam divinam formaliter distinctam ex natura rei
ab essentia divina neutrum horum esse; quia ista omnia impor-
tant imperfectionem. At quia posset dici, quod Gilbertus eam-
dem responsione uti potuisset: Resp. quod, cum Gilbertus ad-
haerent distinctionem realem inter attributa ac essentiam divi-
nam, hoc ipso etiam admisserit attributa esse res diversas; jam,
cum omnis res dicat quidditatem seu essentiam, inde bene con-
cludebat S. Bernardus sequi ex distinctione Gilberti plures esse
Deos, seu plures essentias divinas: at hoc ex distinctione formali
ex natura rei neutiquam argui potest.

Inst. 3^o. Si Sapientia divina esset formaliter distincta a reliquis
attributis, tunc jam formaliter infinita non esset. Salsum cons.
Ergo p.

Resp. quod illa coarctatio seu limitatio tantum tollat con-
fusionem, non vero perfectionem aut infinitatem; eo quod Sa-
pientia divina identice sit identificata cum essentia divina,
adeoque sit summa actualitas.

Inst. 4^o. Esse primam radicem omnium illorum, quae de Deo
dicuntur, vel est perfectio, vel non? Non primum; quia sic
attributa divina in hoc excederentur ab essentia divina, et sic
non esset infinita: neque secundum; quia sic sequeretur,
quod essentia ut sic non sit purissimus actus.

Resp. Esse primam radicem omnium perfectionum esse qui-
dam perfectionem; non tamen sequi inde quemdam excessum
in perfectione, sed tantum quod non sit eadem formaliter
perfectio in attributis divinis, quae in essentia divina.

Argumentum 7^{um} datur ex variis aliis rationibus. 1^o 65.
Quia Deus unum attributum sine altero intelligere nequit. Ergo ea
formaliter ex natura rei distincta non sunt.

Sed facile resp. Deum quidem unum attributum sine altero in-
telligere non posse, non ob eorum indistinctionem formalem; sed
certa tantum propter ejus omniscientiam.

G. 48

14

2^o Si attributa divina essent formaliter distincta ab essentia divina, tunc non tantum daretur mysterium Trinitatis, sed etiam, si fas sit dicere, cententitatis; eo quod attributa inter se ita essent distincta, ut tamen in essentia divina identificarentur.

Resp. Mysterium Trinitatis non dari, nisi ubi persona sunt a se invicem a parte rei distincta habentes eandem numero essentiam cum oppositione relativa; cum igitur nullum attributum sit persona habens oppositionem erga alterum; hinc efficere nequeunt ullum mysterium, tametsi concipiuntur inter se distincta et simul identificata in divina essentia.

3^o In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Ergo p.

Resp. omnia esse unum unitate reali, non formali.

4^o Iustitia et bonitas in divinis sunt duas formalitates. Ergo et duas entitates. Atqui duas entitates realiter distinguuntur, quia ubi distinctio entitativa, ibi et distinctio realis. Ergo p.

Resp. esse quidem duas formalitates, duasque realitates, non tamen duas entitates; quia, ut sint duas realitates sufficit, quod sint a parte rei duas perfectiones licet ejusdem rei, cui identificantur: ut autem duas sint entitates non debent eidem rei identificari, cum identificatio impediat entitatum multiplicationem. Si tamen per entitatem intelligatur id, quod precise opponitur nihilo, aut enti ficto, tunc conceditur, quod sint duas entitates; sed tunc argumentum nihil vincit; quia entitas sic sumpta idem est ac formalitas.

7. p. 49. 66.

S. IV.

Ultiores rationes et fundamenta seu argumenta, quibus Thomista persuadere conantur distinctionem Scotisticam esse rejiciendam.

Quamvis pleraque, quae adversus Scotistas adducta hactenus sunt argumenta non sufficienter urgere videantur, ac per eorum responsa satis superque emergunt; tamen consent aliqui eorum nonnulla falso laborare supposito.

- 67. 1^o Eum supponunt Scotista non dari compositionem sine ratione potentiae et actus, quae in divinis perfectionibus non reperitur. Sed hoc Thomistis videtur esse falsum suppositum; nam 1^o etiam datur compositio integralis sine propria ratione potentiae et actus. 2^o Compositio definitur absolute distinctorum unio. Ergo si comparantur per modum actus et potentiae, siue non, modo sint unita, tunc efficiunt compositionem. 3^o Si divinae perfectiones nullo nam copulentur, tunc erunt aggregatum per accidens, quod non est dicendum; si vero uniantur aliqua copula, tunc quaeritur, quanam illa sit? 4^o Communis est sententia personam Christi Domini esse compositam ex natura divina et humana; neutra tamen est potentia vel actus respectu alterius. 5^o Denique S. Anselmus Monol. c. 16. infert negationem pluralitatis in natura divina ex negatione compositionis his verbis: Cum illa summa natura nullo modo

compositabit, et tamen omnimodò tota illa bona sit, necesse est, ut illa omnia non plura, sed unum sint. Ergo, inferunt Thomista, si illa aliquo modo essent plura, natura esset aliquo modo composita; ac proinde si in Deo datur perfectionum distinctio formalis ex natura rei, etiam dabitur compositio formalis ex natura rei.

Neque sufficienter hic satisfacere Scotistas, contendunt memorati Theologi, quando respondent, Summam Dei simplicitatem stat cum Trinitate personarum realiter distinctarum; proinde non implicare, quòd eadem Summa Dei simplicitas stat cum distinctione actuali formalis divinarum perfectionum.

Nam, respondent Thomista, maxima est disparitas inter attributa et personarum trinitatem. Personalitates enim simul sumta non constituent quid unum, nec ingrediuntur constitutionem naturae; singula enim constituent unam personam simplicem ab aliis realiter distinctam, atque adeò componere nequeunt; nec proinde simplicitati naturae divinae officere possunt. At verò attributa divina constituent quid unum, et ingrediuntur constitutionem naturae; fit enim essentia divina Sapientis per sapientiam, iusta per justitiam, &c. quae certè compositio, seu, &c. maris, constitutio videtur derogare simplicitati divinae: nam dato, non concessò, quòd perficiatur ab illis per modum actus et actus, ut ajunt, attamen essentia divina longè simplicior conipetur, si per hanc ipsam esset sapiens, iusta, &c. Deinde hoc argumentò aque probaretur realitatem attributorum distinctionem nihil officere divinae simplicitati, quòd aperte falsum est.

II.º Supponunt Scotista essentiam divinam ut distinctam formaliter à parte rei à suis attributis semper conipi ut actum purissimum ac proinde nihilominus esse perfectibilem respectu attributorum, quamvis ab eis denominationem sortiantur. At id Thomista nimis videtur esse falsum suppositum; quia essentia ut distincta formaliter ex natura rei à suis attributis conipitur sine iisdem attributis sibi identificatis, vel saltem ab eis abstractis. Ergo sic conipi non potest ut actus purissimus; quò enim essentia divina instar actus purissimi conipitur, necesse est, ut conipitur quò habens et identificans sibi formaliter omnem omnino perfectionem, id enim pertinet ad rationem formalem actus purissimi: cum igitur essentia divina formaliter distincta à suis attributis formaliter sibi non identificet sua attributa, sequitur, quòd tunc conipi nequeat ut actus purissimus, ac proinde dicat potentialitatem respectu suorum attributorum.

8. p 50

Haec Thomista et Theologi illi qui distinctioni Scoticae adversantur. Quibus ab ipsis adhuc adduntur sequentes rationes.

I.ª est; quia sententia Scotistica nimiam habere videtur 68. cum opinione Gilberti Porretani affinitatem. Nam 1.º Scotista ex iisdem principiis suam stabilire videntur sententiam, quibus et suam stabilivit Gilbertus; nempe ex vi contradictoriorum, quae à parte rei predicantur de attributis tunc relati ad se tunc ad essentiam divinam. 2.º Quia Gilbertus in hoc non erravit, quòd

sic

dicunt attributa esse res, hoc enim omnes Doctores, si solos Scotistas excipias, docent; sed et neque quidquam circa hoc controversum est, minus ab eadem definitum. Sed in hoc errant, quod nimirum ponunt distinctionem à parte rei inter ea, quae quidem à Scotistis vocantur Duntaxat formalitates, ab aliis vero res. Unde sententia Gilberti nomine tantum et non re differre videtur à sententia Scoti. Si enim attributa divina res numerari debeant, tunc sententia Scoti erit sententia Gilberti, quippe tunc erit realis.

Ne valere, ajunt Antiscotista, si dicatur, quod attributa divina res numerari possint sed tantum late, in quantum scilicet opponuntur nihilo seu entificto; non autem strictè aut strictissime, adeoque distinctio Scotistica in aliquo sensu possit dici realis, in quantum nempe hujusmodi distinctio non intercedit inter entia ficta. Nam

Contra responderunt, quod neque Gilbertus attributa divina ut distincta ab essentia divina existimaverit esse strictè res, nimirum sumendo ea pro essentia quâdam; illa enim essentia fuisset divina, et sic aperte docuisset plures esse Deos: neque ea sumendo tanquam strictissime res, scilicet pro quidditate singulari; sic enim rursus manifestè docuisset, quot attributa tot personas esse; quae de tanto Doctore, cujus subtilem doctrinam se vix capere posse fatus est ipse summus Pontifex, nemo cum veritate proferre audebit. Itaque respexit Gilbertus attributa divina ut res late sumtas, nempe tanquam attributas perfectiones seu formas absolutas in Deo formaliter existentes, prout constat ex dictis sup. d. i. Et quia docuit inter ea distinctionem ex natura rei reperiri, idcirco ejus sententia post reprobatam fuit à Concilio. Haec porò non eo animo et consilio à se dicta voluit Antiscotista, velut expresse damnatam fuisse Scoti opinionem velint; nec enim ignorant eam publicè et libere propugnatam fuisse, et etiam hodie adhuc propugnari, eadem aut summis Pontificibus ventiquam reclamantibus. Idcirco arguendo duntaxat, non affirmando haec à se prolata fatentur.

P. 51 -
P. H.

II^a ratio est; quia SS. Patres distinctionem adaequatam divisione distinctivè in realem, et rationis, atque in divinis duntaxat distinctionem virtuales admissè, ut constat ex supra dictis. Quod si quidam speciatim huius distinctioni adversari videantur, in potius videntur favere Gilberto, aut aliis, qui inter attributa divina et essentiam distinctionem realem admittunt, quam Scotistis. Scotus quippe omnium primus dicitur, qui distinctionem formalem ex natura rei excogitavit. Lotuerunt ergo SS. Patres explicare, quomodo Pater per intellectum generet, non vero per voluntatem, absque adminiculo sententiae Scotisticae; cur idcirco non poterimus, inquit Antiscotista?

III^a ratio est; quia in multis esse videtur Scotistica opinio ad salvanda in divinis contradictoria; nam distinctio formalis ex natura rei non tollit identitatem realem, quae v.g. inter ba-

teritatem a essentia Divinam intercedit. Itaque cum essentia Divina realiter communicatur pro Filio, necesse etiam est, ut Paternitas cum essentia Divina realiter identificata eidem filio realiter communicetur. At sic tolleretur Mysterium SS. Trinitatis; quia verum esset, quod in sensu identico et reali Pater sit Filius. videtur ergo, quod sententia Scotistica ad salvanda in Divinis contradictoria parum aut nihil prosit.

IV^a Ratio est; quia distinctio numerica est distinctio realis. Atqui inter formalitates Divinas datur distinctio numerica: attributa enim sunt numero plura in sententia Scotistica. Ergo p.

V^a Ratio est; quia si daretur talis distinctio Scotistica inter attributa, ea etiam reperiretur inter predicata quidditativa. Atqui inter haec reperiri non potest. Ergo p. Prob. maj. ex Rada celebri Scotista contrav. q. not. 4. ubi sic ait: Distinctio formalis datur inter ea, quae habent distinctas rationes formales objectives, seu distinctos conceptus objetivos, ita quod unum non includat aliud in sua ratione formali. Atqui huiusmodi se habent predicata quidditativa. Ergo p. Confirmatur.

Idem talis distinctio datur inter ipsa attributa, quia unum formaliter non est alterum. Atqui etiam unum predicatum quidditativum formaliter non est alterum; sic enim Ess formaliter non est alterum Substantia, Substantia non est formaliter diversa, p.

Jam prob. min. Argumenti. 1^o quia sequeretur in Deo dari compositionem ex genere et differentia; haec enim predicata quidditativa se habent sicut Superius et inferius. Atqui hanc compositionem rejiciunt Scotista. Ergo p. 2^o quia alioquin essentia Divina esset aliquod totum constitutum essentialiter ex illis, tanquam partibus metaphysicis; cum alias hoc ipso predicata quidditativa non essent. 3^o quia cum forent infinita, jam unum infinitum posset esse constitutum alterius infiniti, scilicet essentia Divina; et unum infinitum posset excedere alterum infinitum, ratione nimirum horum constitutivorum essentialium. 4^o Denique; quia essentia Divina a parte rei primo non esset a se, sed ab aliis.

S.V.

69.

Propositur Sententia Antisotistarum, praecipue autem Thomistarum circa distinctionem, quae intercedere videtur inter essentiam Divinam et ejus attributa, p.

Ex haecenis dictis facile patet quoniam hic sit Antisotistarum, seu Thomistarum opinio. Namque hi tuerentur

I^o Essentiam Divinam ab attributis, et attributa a se invicem distinguere distinctione rationis ratiocinata. Et rationem assignant; quia, inquit, illa distinguuntur ratione ratiocinata, quae per mentem distinguuntur cum fundamento in re. Atqui essentia Divina distinguitur ab attributis, et attributa a se invicem cum fundamento in re. Ergo p. Prob. min. Ea distinguuntur per mentem cum fundamento in re, quae sunt virtualiter multiplicia. Atqui essentia Divina et attributa sunt virtualiter multiplicia. Ergo p. Maj. constat; virtualiter

2. 52

lis enim multiplicitas idem efficit ac actualis multiplicitas; sicut igitur ea, quae actu multiplicia sunt, praesent intellectui fundamentum, ut sine se invicem concipiantur; ita etiam ea, quae sunt virtute multiplicia. Itaque prob. n. 11. Ea sunt virtualiter multiplicia, quae equivalent pluribus perfectionibus, vel quae in se adunant plures perfectiones, quae actu in creatis distinguuntur. Atque tam essentia quam attributa sunt ejusmodi; siquidem, cum sint infinita, continent omnes omnino perfectiones, quae actu in creatis distinguuntur.

II^o Invenitur inter essentiam divinam et attributa, praesentiam intercedere distinctionem virtualem, seu fundamentalem. Nam 1^o Distinctio virtualis seu fundamentalis nihil est aliud, juxta ipsos, quam ipsum fundamentum in re, seu ipsa distinguibilitas, sicut in ipsa eminentia divina perfectionis: implicat autem dari distinctionem rationis ratiocinatae sine fundamento in re, ac consequenter sine distinctione virtuali. 2^o Sicut ea, quae sunt actu multiplicia, sunt etiam actu distincta; sic pariter, quae virtualiter sunt multiplicia, sunt etiam virtualiter seu fundamentaliter distincta. Atque, ut dictum est, attributa Dei, praesent sunt virtualiter multiplicia. Ergo et virtualiter distincta; ac proinde inter ea intercedit distinctio virtualis.

III^o Contendunt contra Nominales, Essentiam Dei non distinguere ab attributis, nec attributa a se invicem sola distinctione rationis ratiocinantis, quod sequitur ex dictis. Dicendum, inquit S. Thomas, in 1. dist. 22. q. 1. a. 3. ad 4. quod differant nomina attributorum secundum rationem, non tamen quae sit solum in ratiocinante, sed quae salvatur in ipsa re secundum veritatem et proprietatem rei. Et ratio suffragatur; quia distinctio rationis ratiocinantis fit sine fundamento in re, ut jam dictum est. Deinde, cum intellectus generet, non generet voluntas; essentia communicatur, non communicatur paternitas; sufficiens inde subministratur intellectui fundamentum, ut quamdam inter hujusmodi attributa ac essentiam distinctionem concipiat.

70. Dices 1^o Essentia divina et attributa se realiter includunt. Ergo non est fundamentum sufficiens ea concipiendi ut distincta.

Resp. Dist. cons. Si non sint virtualiter multiplicia, cons. sicut, neg. cons.

Dices 2^o Quae predicantur de se invicem non distinguuntur per mentem cum fundamento in re. Atque essentia et attributa divina de se invicem predicantur; nam re-vo sunt haec propositiones: bonitas est essentia, essentia est bonitas. Ergo.

Resp. Dist. Maj. Quae praedicantur de se invicem tum in sensu actuali tum in sensu virtuali, non distinguuntur per mentem cum fundamento in re, concl. Quae praedicantur in sensu actuali tantum, neg. maj. Et Dist. min. Atqui essentia et attributa praedicantur de se invicem in sensu actuali tantum, concl. in sensu actuali et virtuali, neg. min. Nam, ut jam dictum est, attributa sunt virtualiter multiplicia ac consequenter virtualiter distincta. Ergo in hoc statu et sensu virtuali non possunt de se invicem praedicari. Val. alio modo Dist. eandem Maj. Quae de se invicem praedicantur, non distinguuntur per mentem cum fundamento in re distinctione opposita identitati reali virtuali, neg. opposita identitati reali actuali, concl. maj. Distinctio virtualis licet non tollat identitatem realem actualem, excludit tamen identitatem realem virtualem.

Inst. Quae inter se sunt realiter idem, non possunt de se invicem negari. Atqui quodlibet attributum divinum est realiter idem cum altero, Ergo neutrum de altero negari potest.

Resp. Dist. maj. Quae realiter sunt idem non possunt de se invicem negari in eo genere identitatis, quo sunt idem, concl. in alio p. neg. maj. et Dist. min. Atqui quodlibet attributum divinum est realiter idem cum altero in genere identitatis realis actualis, concl. tam actualis quam virtualis, neg. min. et cons.

Dices 3^o Attributa divina virtualiter sunt idem. Ergo virtualiter non sunt distincta. Prob. ant. Illa sunt virtualiter idem, quae in se indivisa aequivalent pluribus realiter distinctis. Atqui ipsa attributa cum divina essentia sunt aliqua entitas in se indivisa aequivalens pluribus realiter distinctis. Ergo sunt virtualiter idem. Prob. maj. Quod in se indivisum aequivaleret pluribus realiter distinctis, praebet fundamentum ipsi intellectui illud explicitè concipiendi ut in se unum et idem quoad illa omnia, quibus aequivaleret realiter distinctis. Atqui quod praebet tale fundamentum ipsi intellectui, illud est virtualiter idem. Ergo, p.

Resp. ad idem Neg. ant. ad idem Neg. maj. ad tertium trans. maj. et neg. min. Nam quod praebet huiusmodi fundamentum intellectui, illud bene dicitur realiter idem, modo tamen autem idem virtualiter; ut enim aliquid sit virtualiter idem, non debet posse aequivalere pluribus, alioquin hoc ipso esset eius identitas virtualis.

Dictum est, trans. maj. quia posset negari; nam quando consideratur, quod quaedam entitas indivisa aequivaleret pluribus realiter distinctis, nullum inde sub hac consideratione sumit intellectus fundamentum eam ut unam, sed potius ut plura quaedam et distincta concipiendi. Quod si velit eam concipere ut unam, debet ab ea abstrahere aequivalentiam et eminentiam, necnon eam concipere prae se ut unam et indivisam.

3. 53

Just. 1^o. Ideo juxta Thomistas intellectus Divinus distinguitur virtualiter ab ipsa voluntate; quia ipsa supereminencia et aequivalentia pluribus realiter distinctis est fundamentum concipiendi intellectum ^{divinum} cum provisione a voluntate ipsa. Ergo a contrario, quia haec ipsissima supereminencia est fundamentum concipiendi intellectum non cum provisione a voluntate, jam intellectus Divinus non erit virtualiter distinctus ab ipsa voluntate, sed potius cum ea idem virtualiter.

Resp. Neg. cons. Quia si in Divinis voluntas et intellectus realiter distinguerentur, tunc non ipsa supereminencia esset fundamentum proprie tale concipiendi intellectum Divinum cum provisione a voluntate, sed potius ipsa alicuius. Ergo a contrario, cum voluntas et intellectus realiter sint idem, fundamentum hujus identitatis non potest desumi nisi ab eo, quod directè opponitur alicui. Atqui supereminencia memorata non opponitur alicui, sed potius indivisio, simplicitas, &c. Ergo non ex supereminencia, sed potius ex simplicitate ac indivisione in Divinis peti debet identitas.

Just. 2^o. Quod intelligitur esse idem eminenter, illud intelligitur esse idem fundamentaliter ac virtualiter. Atqui voluntas et intellectus in Divinis sicut idem dicuntur de attributis; intelliguntur esse idem eminenter. Ergo etiam virtualiter.

Resp. Neg. maj. Quia vox eminenter plus dicit quam non fundamentaliter, importat enim quandam excellentiam. Quod si tamen per vocem eminenter nihil aliud intelligitur, quam quaedam aequivalentia ac virtualitas, tunc neg. min. et cons.

S. VI.

71.

An distinctio virtualis, quae inter essentiam Divinam, attributa, et relationes intercedere duntaxat dicitur ab Aristotisticis, sit intrinseca, vel tantum extrinseca?

Inter distinctionis hujus virtualis defensores gravis admodum movetur difficultas, an videlicet ea sit intrinseca, an vero extrinseca duntaxat. Circa quam difficultatem igitur Not. distinctionem virtuales huiusmodi se habent in Divinis dividi in intrinsecam et extrinsecam. Haec desumitur per ordinem ad aliqua connotata Deo extrinseca, in quantum habet perfectiorem entitas Divina, quamvis in se simplicissima, a nobis diversimodi concipitur juxta similitudinem perfectionum, quas in creaturis distinctas reperimus; adeo, ut eadem simplicissima entitas, prout dicit ordinem ad diversa connotata, diversas etiam sortiatur denominationes; v.g. eadem essentia Divina, prout connotat actionem puniendi, dicitur justitia, prout vero connotat actionem miserandi, nuncupatur misericordia.

Distinctio est contra virtutis intrinseca est ea, quae datur in ipsis visibus objecti independentem ab omni consideratione intellectus nostri; soletque definiri realis intrinseca eminent-

4 54

tia entitatis divina plures perfectiones in aliis dispersas in se simpliciter
 adunantis. Quando enim aliquam simplicem entitas ob suam
 eminentiam perfectiones illas, quae in aliis dispersae et distinctae
 reperiuntur in se adunat seu identificat, tunc praebeat intellectu
 fundamentum illam inadequatis conceptibus secundum
 unam, et non secundum alteram perfectionem concipiendi:
 unde illa plurium perfectionum eminentia vocatur distinctio
 fundamentalis seu virtualis; ipsa vero entitas divina dicitur
 virtute multiplex, hoc est, eodem modo se habens, ac si esset reali-
 ter multiplex.

Superius definiti seu descripti potest Realis intrinseca eminencia
 divina perfectionis, quae per simplicem continentiam om-
 nium perfectionum ad diversas lineas pertinentium intellectui
 creato praebeat fundamentum varias denominationes etiam
 oppositas eidem tribuendi, unamque rationem distinguendi
 ab alia.

Dicitur 1^o Realis intrinseca eminentia, seu eminentialis conti-
 nentia; quia actu et essentialiter entitas divina, ob rationem
 suae infinitatis, omnes omnino perfectiones in se continet; unde
 non dicit solam aptitudinem cum rebus distinctis, nec meram
 connotationem ad res creatas. Dicitur 2^o per simplicem
 continentiam; ut excludatur omnis compositio. Dicitur

3^o omnium perfectionum ad diversas lineas pertinentium;
 quia ut aliqua perfectiones in Deo virtualiter adaequate distin-
 quantur, non satis est, quod illae aequivalent pluribus rationi-
 bus vel perfectionibus in creatis realiter distinctis; sed necesse
 est requiratur, ut illae ex suo genere sint diversa, id est, ut
 diversa objecta formalia respiciant, adeoque ad diversas li-
 neas pertineant. Unde licet in creaturis intellectus et intel-
 lectus distinguantur realiter, non tamen exinde sequitur,
 quod in Deo distinguantur virtualiter, saltem adaequate, quia
 nempe non pertinent ad diversas lineas. His praenotatis po-
 nitur pro ea, quae nobis verior videtur, sententia.

Conclusio. Inter essentiam divinam comparatam cum rela-
 tionibus et attributis, necnon inter attributa comparata inter
 se, datur distinctio virtualis intrinseca.

Prob. 1^o ex S. Patribus sup. hic S. 2. n. 52. in favorem Scotista-
 rum adductis, quos commode de hac virtuali intrinseca distinctio-
 ne interpretati sumus in Resp. 2^a. Hic autem sola S. Dionysii
 auctoritas sufficiat, qui lib. de divin. nom. c. 7. sic loquitur: Deus
 omnia unitivè est secundum unicam unitatis eminentiam,
 in qua omnia singulariter congregata sunt et hyperunita.

Prob. 2^o Rationibus Theologicis. 1^a Datur distinctio virtua-
 lis extrinseca inter essentiam divinam et attributa p. ut con-
 tendunt alii. Ergo et intrinseca. Prob. cons. Non potest eadem
 res comparari ad plura, si in sua intrinseca entitate non sit vir-
 tualiter multiplex. Atqui hac virtualis multiplicitas est dis-

distinctio virtualis intrinseca. Ergo cum entitas divina comparatur ad plura 1: in que consistit distinctio virtualis extrinseca: oportet, ut in ea virtualis intrinseca distinctio contineatur.

2^a Ratio. Divina perfectio non potest modo cognosci in ordine ad justitiam, modo in ordine ad misericordiam, nisi in se adinet eminenter justitiam et misericordiam. Atqui hoc adinetio seu continentia eminentialis est distinctio virtualis intrinseca. Ergo p.

3^a Ratio Theologica. Quilibet distinctioni activa, que non est tantum rationis ratiocinantis, sed etiam ratiocinata, debet ex parte objecti correspondere fundamento. Atqui hoc fundamentum aliud esse non potest, quam intrinseca eminentia essentie divina in se omnes adinantis perfectiones. Ergo p.

73. Dices 1^o distinctio virtualis intrinseca laedit Dei simplicitatem, nam, ut ait S. Anselmus, quemadmodum Deus est id, quod nihil melius cogitari potest; ita etiam est id, quod nihil simplicius esse aut cogitari potest. Atqui si in Deo daretur distinctio virtualis intrinseca, tunc Deus non esset id, quod nihil simplicius cogitari potest; nam utique simplicior esset et cogitaretur, si nullam distinctionem virtualem intrinsecam haberet. Ergo p.

Resp. Verissimam fore minorem, si distinctio virtualis intrinseca esset actualis; cum autem sit tantum fundamentalis, nihil vincit: imò vero nisi hujusmodi distinctio in Deo daretur, ipse ens simplicissimus non esset, quod sic prob. duo ens simplicius est perfectius. Ergo si sit simplicissimum, etiam erit perfectissimum. Atque de ratione entis perfectissimi est, ut in se adinet omnes omnino perfectiones in aliis dispersas; cum igitur in hujusmodi adinatione sita sit distinctio virtualis intrinseca, sequitur, quod, si hoc Deo daretur, hoc ipso tollatur ejus summa simplicitas.

Porro ad auctoritates SS. Patrum, qui à simplicitate videntur excludere omnem omnino distinctionem, respondendum est, quod vel tantum intendunt rejicere omnem distinctionem actualem autem mentis operationem, ut jam sup. observatum est, vel omnem compositionem, etiam eam, que habetur per intellectum, et sic intelligendum est S. Thomas, cum lib. 1. cont. gent. c. 37. ad 4. ait: Deo nil est simplicius, neque secundum rem, neque secundum rationem. quia nempe omnis compositionis expertus est.

Dices 2^o Omnis distinctio virtualis intrinseca est eminentia intrinseca rei aequivalens ad res realiter distinctas in ordine ad verificanda predicata contradictoria. Atqui in rebus realiter distinctis, quod affirmatur realiter absolute de uno, realiter et absolute negatur de altero. Ergo id etiam contingit in rebus virtualiter intrinsece distinctis; ac proinde distinctio virtualis intrinseca erit etiam realis; realis enim affirmatio et negatio arguunt distinctionem realem.

56

6

Resp. Dist. maj. Omnis distinctio virtualis intrinseca est eminentia intrinseca rei aequivalens ad res realiter distinctas in ordine ad verificanda contradictoria secundum suum modum, con. Secundum omnem modum illum, quo verificantur in rebus realiter distinctis, neg. maj. Nam distinctio, que reperitur in rebus realiter distinctis probat intellectui plures rationes objectivas actu ab invicem distinctas ante omnem operationem intellectus, et in variis rebus dispersas: at verò distinctio virtualis, licet probeat intellectui plures rationes objectivas; in quo aequivaleret distinctioni reali; attamen illa non sunt dispersa, sed adunata in eandem simplici entitate; et sic non participat de omni modo distinctionis realis.

Dices 3^o. Deus, ex eo, quod habeat omnimodam simplicitatem, nullam habere potest compositionem, sed ei repugnat omnis compositio. Ergo ex eo, quod habeat omnimodam unitatem, ei repugnat omnis multiplicitas ac distinctio, et per consequens distinctio virtualis.

Resp. 1^o. Hoc argumentum, siquid probaret, probaret neque admitti debere in Deo distinctionem rationis; quia in Deo implicat etiam compositio rationis; ut communior docet sententia.

Resp. 2^o. Quod summa ac eminentissima unitas debeat in se adunare omnes unitates seu rationes in aliis dispersas, et consequenter exigit eis aequivalere; et in hoc consistit distinctio virtualis; unde, sicut antea diximus de simplicitate Dei, sic modo de eius unitate loquimur; nimirum, si hac pluralitas et distinctio virtualis à Deo tolleretur, non remaneret in illo summa unitas, sicut non remaneret summa simplicitas.

Dices 4^o. Si datur distinctio virtualis intrinseca, perit omnis virtus syllogistica. Atqui hoc admitti non potest. Ergo p. Prob. seq. maj. Ubi deficiunt principia perficientia et regulantia syllogismum, etiam perit ipsa virtus syllogistica. Atqui si datur distinctio virtualis intrinseca perunt p. perit nempe principium hoc: Quaerunque sunt eadem uni testis, sunt eadem inter se. Ergo p. Prob. min. Nisi periret illud principium, iste syllogismus foret bonus: Essentia divina est pater, Essentia divina est filius. Ergo filius est pater. Ubi tamen ob virtuales personalitatum distinctionem negatur consequentia. Ergo istud principium perit.

Resp. ad imm. neg. maj. ad eius prob. Dist. illud principium metaphysicum 1^o sic: Quaerunque sunt eadem uni testis communicabili, sunt eadem inter se, neg. uni testis incommunicabili, con. Sic Petrus et Paulus non sunt idem inter se, licet convenient in natura humana; quia sibi et natura hoc est communicabilis pluribus. Ita pariter de natura divina discernendum, qua pluribus personis communicatur.

656

20. Dist. idem principium sic: Quaecumque sunt eadem uni
tertio adaequate, sunt eadem inter se, con. Si sunt tantum inadae-
quate eadem, neg. Solutio haec patet ex papam dictis.

Inst. Quaecumque sunt aequalia uni tertio sunt etiam aequalia in-
ter se. Ergo et quae sunt eadem, quomunque tandem modo, cum ali-
quo tertio, sunt etiam eadem inter se.

Resp. neg. cons. et parit. Disparitas est, quod aequalitas consistat
in indivisibili; quapropter quae uni tertio aequalia sunt, inter se
quoque aequalia esse necesse est: at verò quae sunt eadem uni ter-
tio, consequenter non sunt in omnibus eadem inter se; maxi-
mè cum inter illa intercedit relationis oppositio; sed tantum sunt
eadem inter se quantum ad id, in quo cum uno tertio conveniunt.

Et haec sunt, quae circa essentia divina et attributorum eius
distinctionem Scotistas seu distinctionis ex natura rei forma-
lis propugnatores inter et Thomistas seu distinctionis virtua-
lis defensores hinc inde acriter disputantur.

Bonò meminimus, Nos in nostra metaphysicâ p. i. c.
jam aperuisse, nobis videri hanc litem duntaxat de nomine mo-
veri, hasque bias memoratorum Theologorum opiniones inter
se conciliari facile posse.

Et verò ultro fateri debent Thomista, seu distinctionis virtua-
lis propugnatores, attributa divina tot esse formalitates, quae
suae naturae, et à parte rei seu ante omnem operationem
mentis diversos conceptus diversumque fundamentum habent,
quibus occasio praebetur eas velut distinctas concipiendi. Unde
suaam virtuales distinctionem deducunt, quam inter essentiam
divinam et eius attributa intercedere ajunt. Inquitur iuxta
illos haec virtualis, seu, ut vocant, rationis ratiocinata distinc-
tio sumi potest vel adaequate vel inadaequate: Si sumatur
adaequate realis est simul et mentalis; realis quidem secundum
divinam fundamentum, mentalis verò secundum actum; hinc,
inquirunt, ea, quae distinguuntur virtualiter seu ratione
ratiocinata, distinguuntur fundamentaliter ante omnem
operationem intellectus: si verò inadaequate sumatur, tunc
est vel realis tantum, vel mentalis tantum. En distinc-
tionem virtuales paucis quidem, sed tamen genuinè et
secundum principia ab ipsis et illius defensoribus stabilita
expositam.

Gam autem, ut itidem brevi eloquio quid haec de re senti-
ant Scotista aperiamus; tunc videntur hi Theologi attri-
buta divina non esse nisi quaedam essentia divina forma-
litates ex sua natura diversos habentes conceptus et fun-
damenta, si quorum una non esse alia concipitur, adeo-
que velut diversa formalitas seu formaliter duntaxat ab ea
distinguitur, idque ex sua, id est ex natura, quam diversos
conceptus seu fundamentum exhibet. Unde hanc distinc-
tionem ex natura rei formalem nuncupare ipsis placet.
Quae si ita sunt, prout se verò esse intelligimus et arbitra-

nam, palam est, nō vehementer fallimur, hos Theologos hanc suam opinionem similibus, inō idem omnino principiis, ac Thomista seu distinctionis virtualis propugnatores suam, fulcire, et proinde inter eos litem de nominibus duntaxat agitari, et ipsa autem eandem illos fore sententiam. adeo ut frustra tot paginae utrinque impleri videantur, p.

Exercitatio IV.

74.

De Simplicitate Dei et omnimoda in eo compositionis carentia.

ad §. I. Cap. III. part. I. Tractatus De Deo Uno et Trino. num. 43.

Dei simplicitas explicari nequit nisi per negationem compositionis. Est autem compositio triplex, physica nimirum, metaphysica, et logica. Prior dicit totum, quod constat aut ex materia et forma, quemadmodum se habent corpora; aut ex Subiecto et accidentibus, ut Subiectum, in quo recipitur aliqua qualitas. Altera dicit totum, cujus partes sunt aut essentia et existentia, aut natura et suppositum. Tertia denique dicit totum, quod constat ex genere et differentia. Et de hac ultima hinc potissimum versatur questio, an nempe repugnet Dei simplicitati.

§. I.

75.

Quaedam tanquam indubitata praesupponuntur.

Supp. 1^o Deum non esse corpus, Deus enim Spiritus est Jo. 4. Et ratio est ex S. Thomā 1. p. q. 3. a. 1. quia nobilissimum ens non est corpus, corpus liquidem multas imperfectiones involvit. atque Deus est ens nobilissimum. Ergo corpus esse nequit.

Præterea Deus est infinitus; Ergo non est corpus; quippe nullum corpus potest esse infinitum; nam infinitum caret figura, cum sit interminatum; corpus autem necessarius habet figuram.

Neque dicas, in S. Scriptura loquere legi Deum sedere, extendere brachium, p. Nam situs, partes corporeae, et similia Deo non proprie attribuntur, sed secundum similitudinem quandam.

Supp. 2^o In Deo non esse compositionem ex materia et forma. Ratio est, quia omne compositum ex materia et forma est corpus. atque Deus non est corpus, ut prius dictum. Ergo Deus non est compositus ex materia et forma.

Supp. 3^o In Deo non esse compositionem physicam accidentalem ex substantia et accidentibus; tum quia Dei substantia est plane immutabilis, ac proinde ei accidentia advenire nequeunt, in enim mutaretur; tum quia Subiectum accidentium est potentiale respectu ipsorum, at in Deo nulla datur potentialitas.

Suppon. 4^o quod in Deo essentia et existentia seu esse et existere idem sit, atque adeo in ipso non reperiatu compositio ex essentia et existentia. Ratio est; quia in eo, in quo nihil potentiale est, idem est esse et existere seu essentia et existentia. atque in Deo nihil est potentiale. Ergo in Deo idem